

genua, ut dicitur II Paral. vi, vers. 13, ut hoc gestu testaretur reverentiam et devotionem suam erga Deum Deique templum; ac populum ad eundem exemplum suo excitaret, Salomonem imitatis sunt primi Christiani, qui flexis genibus et elevatis in colum manibus orabant, cujus cærementa varia causes ex Patribus recensui I Timoth. ii, 8, ad illa : « Levantes puras manus. »

Si enim corolum et coelum coelorum (id est summi, vastissimi et capacissimi coeli) te capere non possunt, quanto magis dominus hec quam edificavit, — non capiet te. Deus enim est immensus, ideoque est ubique, et omnia impleret, ac ultra omnia per immensos vacui spatio extendatur, ideoque mille et miliones infinitos novorum mundorum in his creare potest. Idem dixerat philosophi, unde Aratus :

Jupiter est quodcumque vides : Jovis omnia plena.

Et Aeschylus apud Clementem Alexandrinum lib. V Scrotum :

Jupiter est æther, est terra,
Caelumque et omnia Jupiter, et si quid supra.

Et Orpheus ibidem :

Oceani ad fines expansa est, et manus illi
Undique dextera, sub polibus subiectaque terra est.

29. Tunc nomen meum ibi, — q. d. in domo mea ero praesens : ibi colar, illic respondebo, illic preces exaudiandam, operabor mirabilia, et gloriam meam ostendam. Hinc primum : « Nomen meum erit ibi, » id est ipsum ex nomine meo vocabitur, « templum Domini, » juxta illud : « domus mea : domus orationis, vocabitur, » Matth. cap. xxi, vers. 13.

31. Si peccaverit homo in proximitate sum, et habuerit aliquid juramentum, — q. d. Si quis vocatus ad templum ut iuret, ibideum jurabit se non peccasse in proximitate, nec rem eius abstulisse vel huiusmodi, q. d. Salomon : O Domine, oro et suppone, ut in templo hoc ostendas veritatem vel falsitatem juramenti, ut videlicet pejorarentem in templo punias quasi sacrilegum et profanantem deum tuum, ut omnibus patet, quanta religio et reverentia templo tuo debetur : quamque in ea tu sis praesens, et virtutem tuam spiritalem ostendas. Ita enim phrasis haec explicatur libro II Paral. cap. vi, vers. 22 et 23, Ita Abulensis. Sic clavis suspecti de aliquo criminis duecentur ad oratorium S. Stephani, ut ibi juramento se purgarent : non si falso sum jurabam, illico a Deo puniebantur, cuius rei exemplum recenset S. Augustinus, lib. XXII De Civitate Dei, cap. viii. Idem fierbat pejorantibus in templo S. Martini ad ejus reliquias, ut narrat Gregorius Turonensis, lib. VIII, cap. xvi.

33. Cuncta devotatio (perperam nonnulli legunt, devoratio) et IMPRECATIO. — Hebreo, omnis oratio et supplicatio que facta fuerit a quocunque homine, in templo, etc. Sie et Septuaginta ac Chal-

deus. « Devotatio » enim est oratio et voti nuperratio, et hec vox olim fuit in uso, ut ex Apuleio et Cicero ostendi Prov. xx, 25, ad illa : « Ruinae homini devorare, » vel, ut lugurit Beda, Lyranus et alii, « devotare sanctos. »

« Imprecatio » vero idem est quod *præatio* : ponitur enim nomen compositum præ simplectum genuine ergo per eam accipit anathematismus. S. Augustinus, Quest. XXI.

Si quis cognoverit PLAGAM CORDIS SUI, — id est si quis acerbi animi dolorum senserit, eumque oratione coram te effuderit in templo, tu exaudies et ab eo liberabis eum.

43. NOMEN TUUM INVOCATIO EST SUPER DOMINUM HANC, Vers. 41. — q. d. Dominus hoc vocatur dominus tua.

45. FACIES JUDICIORUM EORUM, — id est tuis eis de veris et facies, uliceendo injurias eis facias, ipsorumque liberando ab oppressoribus injustis et violentiens.

48. ET ORAVERINT TE CONTRA VIAM TERRÆ SUE, etc., Vers. 41. ET CIVITATIS QUAM ELEGISTI, ET TEMPLO, — q. d. Si Judei extra Iudeam apud gentes constituti te oraverint faciem suam converteentes ad terrum suam, puta ad Jerusalem et templum. Sic Daniel, cap. vi, vers. 10 : « In Babylonie captivus contra Jerusalem tribus temporibus in die flebatur genua sua. » Et Psalms, Psal. cxxix, 2 : In noctibus inquit, extollite manus vestras in Sancta, » id est versus templo sanctum. Quin et Turci hodie in suis mochæsi orantes superstitione convertunt se ad Meridiem, ut respiciant versus Mecham eorum Mahomedum ibi sepultum.

50. DABIS MISERICORDIAM CORAM EIS. — Hebreo, Vers. 30. dabis eos in misericordia, q. d. Conciliabis eis gratiam apud hostes, ut ab eis misericordiam consequantur, ac misericorditer fractuent et liberentur.

34. UTRUMQUE EXI GENU IN TERRAM FIXERAT. — Vers. 30.

Notent hoc nobiles delicatuli et glorioli, qui orant uno genu in terra fixo, altero elevato quasi pugnatur cum Deo, ne concedat quod pelunt. Rex regum Salomon orans ecce utrumque flexit genu, et utrasque manus in colum expandit, a quo hoc gestu supplex perstitit totum tempore prolixe orationis sua : et nos viles pauperesque humilium sedigebant utrumque genu flectere, munc uno supplicante beo, altero minari eidem videamus?

35. BENEDIXIT OMNI ECCLESIA ISRAEL, — q. d. Bene Vers. 35. precatus est toti cotui, sive conventui populi Israel.

39. SINT SERMONES MEI, etc., APPROPINQUANTES Vers. 35. DOMINO, — q. d. Sit Dominus iugiter memor humijs orationis meae, quam ad eum pro futuri posse ter seculisque effidi. Ita Vatabulus.

60. QUA DOMINUS IPSE DEUS, ET NON ULTRA EST Vers. 35. ARSQUE EO, — q. d. Non est aliud a deo praesens eum, sed ipse unus et solus est Deus verus.

61. SICUT ET HODIE, — subvandi, facisti, ut Vers. 35. quoque facias in posterum, ut perfecto

Deum amitis, ejusque mandata universa custodiatis. Additur II Paral. vi, 41 : « Nunc igitur consurge, Domine Deus, in requiem tuam, tu et arca fortitudinis tue; » ut scilicet super arcana residens requiescas in templo hoc a me tibi fabricato, vocal « aream fortitudinis, » quia per eam Deus Ierichonensis et Chananeam duce Ioseph fortiter expugnavit. Pergit Paral. : « Sacerdotes tu, dominus Deus, industrum salutem, » ut undique sint sancti et salvi, ac salute quasi ueste circumquaque induantur et cingantur, ut eam quoque aliis, presertim Iacobi, imperiri valent: « Domine Deus, ne averteris faciem Christi, » q. d. Ne meas, puta Salomonis, qui sum tuus Christus, id est rex Israëlis a te tuncctus et creatus, preces jam recensitas, o Domine, avertas, sed exaudias et adiples: stolidum adhibet conclusus: « Memento, misericordiarum (Hebreoς Κλασθεις, id est pietatum) David servi tui, » q. d. Concede mihi quod peto propter merita Davidis patris mei, qui fuit vir pietatum et misericordia, rum, tam active quam passive, quin opera misericordie multa et preclarata in Saulen ceterosque Israelites exhibuit, ideoque viceissim a te, Domine, magnam misericordiam et gratiam consequens est.

Porro Deum exaudiens orationem Salomonis pateretur capite sequenti, vers. 2. Nota hic, Deum magis exaudire orationes que in templo quasi in domo sua sunt, quam quae alibi, ob causas quas recensui I Timoth. ii, 1 et 2.

63. MACTAVITQUE SALOMON HOSTIAS PACIFICAS (quæ pro pace, id est salute et felicitate sua et populi tam obtempla quam deinceps ostentanda offerebantur juxta legem Levit. III) BOUM VIGINTI DUO MILLIA, ET OVUM CENTUM VIGINTI MILLIA. — Vide hic rursus Salomonis pietatem et magnificientiam in cultu Dei.

64. IN DIE ILLA SANCTIFICAVIT BEX MEDIUM ATRI DECIDIO ERAT ANTE DOMINUM DOMINI, — q. d. Illo die dedicatio templi Salomon per pontificem et sacerdotes dedicavit medium atrum sacerdotum, que erat ante Sanctum, ut in ea multa

CAPUT NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Deus apparet Salomon, promittiq; ei thronum aeternum si in lege sua ambulet; sin autem, minatur ei regni tempisque exterminum. Moa, vers. 10, Salomon offert Hiram regi Tyri 20 civitates; inde, vers. 17, adicat manuq; varias urbes, ac omnes Chananos reliquos sibi fecit tributariorum. Deinde, vers. 26, classem mittit in Opkir, que ei offert 420 talenta.

1. Factum est autem, cum perfecisset Salomon adiunctionem domus Domini, et adiunctionem regis, et omne quod optaverat et voluerat facere, 2. apparuit ei Dominus secundo, sic apparuerat ei in Gabaon. 3. Dixit Dominus ad eum: Exaudi orationem tuam et depreciationem tuam quam deprecatus es coram me; sanctificavi domum hanc, quam adiunctasti.

ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. 4. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit pater tuus, in simplicitate cordis, et in quietate, et feceris omnia quae precepi tibi, et legitima mea, et iudicia mea servaveris, 5 ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo, dicens : Non auferetur vir de genere tuo de solo Israel. 6. Si autem aversio aversi fueritis vos et filii vestri, non sequentes i.e., nec custodientes mandata mea, et ceremonias meas, quas proposui vobis, sed abieritis et colueritis deos alienos, et adoraveritis eos, 7 auferam Israel de superficie terra quam dedi eis; et templum quod sanctificavi nomini meo, projiciam a prospectu meo, eritque Israel in proverbiis, et in fabulam cunctis populis. 8. Et dominus huc erit in exemplum : omnis qui transierit per eam stupebit, et sibilabit, et dicet : Quare fecit Dominus sic terra huic, et domui huic ? 9. Et respondebunt : Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Egypti, et secuti sunt deos alienos, et adoraverunt eos, et coluerunt eos; ideo induxit Dominus super eos omne malum hoc. 10. Expletis autem annis viginti postquam adificaverat Salomon duas domos, id est dominum Domini, et dominum regis. 11. (Hiram rego Tyri præbente Salomon ligna cedarina et abiegnia, et aurum omne quod opus habuerat), tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilee. 12. Et egressus est Hiram de Tyro, ut videret oppida que dederat ei Salomon, et non placuerunt ei, 13. et ait : Haec sunt civitates quas dedisti mihi, frater? Et appellavit eas terram Chabul, usque in diem hanc. 14. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. 15. Haec est summa expensarum quam obtulit rex Salomon ad edificandum dominum Domini, et dominum suum, et Mello, et murum Jerusalem, et Heser, et Mageddo, et Gazer. 16. Pharaon rex Egypti ascendit, et cepit Gazer, succendique eam igni; et Chananaeum, qui habitat in civitate, interfecit, et dedit eam in dotem filie sua uxori Salomonis. 17. Adificavit ergo Salomon Gazer, et Bethoron inferiorem, 18. et Baalah, et Palmiram in terra solitudinis. 19. Et omnes viros, qui ad se pertinebant, erant absque muro, munivit, et civitates curruum et civitates equitorum, et quodcumque ei placuit ut adificaret in Jerusalem, et in Libano, et in omni terra potestatis sua. 20. Universum populum, qui remanserat de Amorhaeis, et Hethaeis, et Pherezeis, et Heveis, et Jebuseis, qui non sunt de filiis Israel : 21. Horum filios, qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare : fecit Salomon tributarios, usque in diem hanc. 22. De filiis autem Israel non constituit Salomon servos quemquam, sed erant vii bellatores et ministri ejus, et principes, et duces, et prefecti curruum et equorum. 23. Erant autem principes super omnia opera Salomonis prepositi quinginti quinquaginta, qui habebant subiectum populum, et statutis operibus imperabant. 24. Filla autem Pharaonis ascendit de civitate David in dominum suam, quam adificaverat ei Salomon : tunc adificavit Mello. 25. Offerbat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, et pacificas victimas, super altare quod adificaverat Domino, et adolebat thymiana coram Domino : perfectumque est templum. 26. Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quae est juxta Ailath in littore mari Rubri, in terra Idumæa. 27. Misitque Hiram in classe illa servos suos viros nauticos et gnatos maris, cum servis Salomonis. 28. Qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadrigeritorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem.

2. APPARUIT EI DOMINUS SECUNDO, SICUT APPARUERAT EI (PRIMO) IN GABAON, — scilicet apparuit ei nocte, — et dicitur II Paralip. vii, 12, in somnis : sic enim apparuerat in Gabaon cap. iii, vers. 4.

3. SANCTIFICAVIT DOMUM HANC, — id est « elegi locum istum mihi in dominum sacrificii, ut exponiatur II Paral. vii, 12.

UT PONEREM NOME MEUM IBI IN SEMPERITNUM, — quādū scilicet templum erit et subsistet, vocabit dominus Domini, ibique ego me manūque presentiam, gratiam et gloriā ostendam.
Et ERUNT OCULI MEI ET COR MEUM IBI CUNCTIS DIEBUS, — q. d. Coniugiam oculos in dominum meam, ipsaque erit mihi chara, cordi et curae.

Vers. 4. 4. TU QUOCQUE SI AMBULAVERIS CORAM ME, SICUT AMBULAVIT PATER TUIS IN SIMPLICITATE (Hebreice בְּטוֹם, id est in integritate; Chaldaice, in vereitate; Septuaginta, in sanctitate) CORDIS, ET IN QUIETATE. — Hebreice בְּזִבְחָר, id est in recitidine : hoc est, si integrum, vero, sancto et perfecto corde mihi servieris, ut totum cor mihi tradas, nec illud dividas, ut ejus partem unam mihi, alteram idolis et cupiditatibus tradas. Deus enim totum cor, totumque amorem nostrum poscit, juxta illud : « Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex toto fortitudine tua. » Deut. vi, 5. Vide ibi dicta. Unde explicatis subdit :

ET FECERIS OMNIA QUE PRECEPI TIBI, ET LEGITIMA (leges) MIA, ET JUDICIA (jura et leges judiciales a me legis) MEA SERVAYERIS.

Vers. 6. 6. SI AUTEM AVERSIO AVERSI FUERITIS, — a me meaque lege.

Vers. 7. 7. AUFERAM ISRAEL DE SUPERFICIE TERRE, QUAM DEDI EIS : ET TEMPLUM QUOD SANCTIFICAVI (dicavi) NOMINI MEO PROJACIMUS, — ut ilium ob occidum Christum videmus Judaos tota orba errones et vagos, et templum eorum excusim. Sic et Christianos ad heresim aliaque scelera dilabentes Deus sepius punivit, et etiamnum puni, excidio gentis et regni, ac templo et monasteria succendi evertique sinat.

Vers. 10. 10. EXPLETIS AUTEM ANNIS VIGINTI (ab inchoatione templi fabrica, puta anno 24 regni Salomonis) POSTQUAM ADIFICARERAT SALOMON DUAS DOMOS, ID EST DOMINUM DOMINI, ET DOMUM REGIS, etc.

Vers. 11. 11. TUNC DEDIT SALOMON HIRAM VIGINTI OPPIDA IN TERRA GALILEÆ. — Quæres, an licet Salomon has urbes ab Israele abalienaverit, et tradidierit Hiram regi Tyri genti? Respondeo illum licet non potuisse illas in eternum abalienare, ut faceret terrum Phenicien, quia injuriam fecisset Israelitæ contra legem Dei, qui illas eis assignasset et dederat. Rursum Hiram Galileæ hos pertraxisset ad sua idola et gentilismum. Quare non tradidit Hiram absolutum plenarium eorum dominium, sed tantum usum fructum, ut scilicet Hiram ex eis redditus, quæ Salomon percipere solebat, recipiat, donec expensas suas pro Salomone factas compensaret; vel certe usque ad vitam suam, ut eo mortuo rediret ad regnum et reget Israhel. Ita Abduensis, Scariarius, Salianus et alii.

Vers. 13. 13. ET APPELLAVIT EAS TERRAM CHABUL. — «Chabul» hebreicum lingua, ait Josephus, lib. viii, cap. v, significat novi pacem, vel displicem, Ita Abduensis, Cajetanus et alii : Hebraorum vero lingua חַבּוּל chabul significat compedes, unde chabul significat terram tessellam et lutes, quæ gradientes remoratur, quasi quasi compedes inicit, ut vix progrederi possint. Ita R. David, Vatablus et Pagninus. Posset quoque chabul per metathesis deduci a כְּלֵב keleb, id est canis, q. d. Terra canina, vilis et spurca instar canis; unde Josephus ait Hiram

nonnolle has urbes acceptare, itaque eas mansisse Israeli.

Vers. 15. 15. HEC EST SUMMA EXPENSARUM, QUAM ORTULIT rex SALOMON AD EDIFICANDAM DOMUM DOMINI, ET DOMUM SUAM, ET MELLO, ET MURUM JERUSALEM, ET BEZER, etc. — q. d. Hec est causa vel materia tot expensarum et sumptuum, quos fecit Salomon; nimis fabrica templi, dominus sub, Mello, etc. In his enim fabricis maximas expensas fecit, et ararium suum opulentissimum exhaustus. Hebreice enim est, hoc est verbum tribut, id est, haec est ratio et causa tributi tanti, quod Salomon populo indixit (ob quod populus murmuravit, et a Roabam ad Jeroboam defecti), minirum, ut ex eo fabricaret templum et tot urbes. Fabricæ enim opes etiam regias et maximas exhausta. Ita Vatablus, Scariurus, Sanchez et alii.

Posset secundo, cum Septuaginta verbi, haec est summa distributions, in quam scilicet Salomon suas opes tantaque tributa distribuit et expendit, ut summa expensarum sit summa rerum, in quas expenses sunt factæ, nimis fabrica templi et tot urbis. Nam aliqui proprie nulla summa tributorum vel opum Salomonis hic texitur.

Vers. 16. 16. ET DEDIT EAM IN DOTEM FILIAE SUAE UXORIS SALOMONIS. — Jam ante cum nubere Salomonis, dederat ei dotem. In dotem ergo, id est in augmentum dolis. Unde Hebrewi habent, dedit ei חַבּוּל scilicet chabul : Septuaginta ἀποστάτα, it est missitia, scilicet ministratio, hoc est, dedit ei dono, ut verbi Salmo-

Vers. 18. 18. ET PALMIRAM. — Hebrewi et Septuaginta Thamor, id est Palma. Videtur ergo urbs haec data Palmira, a palmarum copia, et palmis ibidem abundantibus, ait S. Hieronymus in Ezech. cap. xlvi et xlviii. Sita erat trans Jordanem in finibus Israel pertinenteque ad dimidiam tribum Manasse, distans a Damasco 27 milibus passuum. Edificavit eam ergo Salomon ibidem tanquam in extremo imperii sui limite, et validissimum mœbius exiit: postea ab Hadriano Imperatore restaurata dicta fuit Hadrianopolis. Ab hac urbe cœli regio et solitudo vicina dicta est Palmirana. Vide Adriochomium, pag. 92, num. 73.

Vers. 21. 21. FECIT SALOMON TRIBUTARIOS, — scilicet Chananeos omnes, qui residui erant in Judea, quos Hebrewi non potuerant exterminare. Quæres, an pecorari hie Salomon? nam Deus jusserat omnes Chananeos occidi. Respondet Abduensis non peccasse, quia nec David pater ejus illos occiderat: unde vel Deum in lege sua dispensasse, vel potius tunc legem non obligasse, eo quod tunc cessaret omnem periculum, quod timbatur Israeli a Chananeis, ne scilicet ipsi Hebreos a sua idola pellicerent: jam enim erant omnes a Davide et Salomonem suppressi, ut id facere et capita elevere non audirent. Rursum mettere p. dicitur Salomon, ne, si ipse omnes Chananeos occideret, Philistini aliaeque gentes, in vindictam simili modo omnes Iudeos apud se degentes trucidarent, immo ipsi

bellum nrovent. Adde, legem jubentem occidi Chananeos maxime pertinuisse ad Chananeos, qui tempore Iosue vivebant et deinceps, cum expugnanda et possidenda erat terra, ut indicatur hoc versus. Ita Cajetanus et alii.

Vers. 26. 26. CLASSEM QUOKQUE FECIT REX SALOMON. — Pineda censet Salomonem hanc classem instruxisse initio regni, ad colligendum aurum pro fabrica templi. Verum hoc abunde jam ante compararat David : unde Saliannus opinatur ipsum hanc classem adoransse post fabricam templi anno regni sui 24, idque colligit ex vers. 40, quod intelligitur de classibus posterioribus et majoribus. Nam ante fabricam templi pro eius aequo ac palitorum urbiunque edificandarum immuni sumptu, eum hanc classem instruxisse ad aurum comparandum, liquet ex cap. x, vers. 42, ubi dicitur Salomon ex lignis thyniis allatis ex Ophir fecisse fulera domus Domini et domus regis.

Vers. 27. 27. GNAROS MARIS. — Tyri enim et Phoeniciae, utpote accola maris, in arte nautica et navigatione omni revo apud omnes gentes fuere celebres.

Vers. 28. 28. QUI CUM VENIRENT IN OPHIR, SUMPTU INDE AURUM QUADRIBENTIGRUM VIGINTI TALENTORUM, DEGEBUNT AD REGEM SALOMONEM. — Queres, que ubi sit Ophir? Nonnulli putant fuisse Angolam, in qua sunt Ethiopiae, qui in mancipia adducti sunt Salomonii, uti et hodie inde adducuntur in Hispaniam. Alii consent fuisse Malacum, ali Salalam, ali cum Eugubino imum Persiam, ali Africam.

In Terra. Due sententiae sunt probabiliiores. Prior, Ophir esse regnum Peru in India Occidentali, tum quia ibi est aurum plurimum et laudissimum, quod iudea quotannis fere in Hispaniam exportatur, tum quia Ophir per metathesis litterarum est Peru; tam quia aurum Ophir vocatur aurum כְּרָבֵד Peruani, id est duarum Peru, scilicet minoris et majoris. II Paralip. in. 7. Ita Vatablas, Arias, Gebehardtus et alii, qui consent novum orbem a Salomone fuisse apertum et cognitum.

Vel pos.
in
Sematra.
Posterior et communior sententia est, Ophir fuisse in India Orientali, adeoque plures ejus australis regiones complecti, uti auream Chersonesum, ita dictum ab auri copia, Sumatram et Taprobanan, Pegu, Ceylam aliasque India Orientalis regiones auriferas. Ita Sanchez, Serarius, Saliannus, Gaspar Varerius, lib. De Ophir, Josephus Acosta, lib. I De Natura novi orbis, cap. xiii et xiv. Favent Josephus, Hesychius, Theodoreetus, Procopius et S. Hieronymus, epist. 140 ad Principiam, qui Ophir dictum asserit ab Ophir filio Heber, Gen. cap. x, vers. 29.

Probatur prima, quia haec classis solvebat ex Asianaber sita in mari Rubro, sive in sinu Arabicō : ex hoc autem facilis, directa et vicina est navigatio per promontorium Comorense in Sumatram et Taprobanan, utpote directi ei obiectum, ut patef ex tabulis cosmographiis: longissima vero, et plane periculosa et ardua.

fuisset navigatio ex mari Rubro in Peru: opportunus enim videtur per Orientem gyare totam Indianam Orientalem, Malacum, Japones et Sizas, illaque reflectere iter in Americae: vel certe per Occidentem circumnavigare promontorium Boni Spei totamque Africanam ac Oceanum vastissimum; inde per Brasiliam, Patagones, Chili et fretum Magellanum tendere in Peru: longe autem in eisdem et vicinior in Peru fuisse navigatio ex Ioppe et Tyro, puta ex mari Mediterraneo, uti hodie est ex Hispaniis in Hispania.

Secundo, quia tunc ineognitus erat usus magnetis: quare suos cursus navigantes metiebantur poli: et stellis polaribus: unde littora vicina legabant, nee audebant transire Gades (ubi Herren suas columnas, quasi navigations terminum, quem nemo transire auderet, fixit), multe minus linea equinoctiale. Hinc Gades habite sunt extremus terra terminus, ipsius etiam Tyrus, ut testatur Strabo, lib. III, Diidorus, lib. V, Paternus, lib. I. Unde vetus Proverbium: « Ad Gades, » Apud Petrum Apianum, lib. I Antig. existat hoc Gadibus monumentum: « Heliodus insans Carthaginensis ad extrellum orbis sarcophago testamento, me hic condi jussi, ut viderem si quis me unquam insanctor, et me visendum ad hanc usque loca penetraverit. »

Tertio, si India Occidentalis, et navigatio in eam a Salomone fuisse et reperta et trita, utique manisset ejus memoria et continuatio: aurum enim apido ad eam omnes exsatisfacti. Jam autem nulla ejus existat memoria, immo ante Americanum Vespucium (unde dicta est America) terra illa ab omnibus habita fuit ut nova et ineognita. Accedit, quod ex sinu Arabicō sive mari Rubro, crebrum erae Tyriorum allorumque in Indianam Orientalem navigatio, uti ex prisca auctoribus ostendit Pineda.

Quarto, quia Sumatra, Taprobana et loca vicina abundant auro praestanti, gemmis, lignis thyniis, ebore aliquisque rubis pretiosis, que in Ophir et Tharsis esse diemtut cap. x, vers. 11 et 22, cum Peru careat lignis thyniis, simisis, pavoninis, ebore et elephanti, teste Josephus Acosta loco citato, qui in Peru vivit per 15 annos. Accedit, quod Maffeus, lib. XVI Hist. Indic., scribat Pegusos ex majorum traditione stirpem suam referre ad Iudeos exiles, a Salomone damnatos ad austro-dinas Ophirinas, missosque ad aurum in Peru loquacis vicinis effodiendum. Porro ab Ophir aurum praestans vocatur Ophirismus, indeque obratum, ait S. Hieronymus loco citato.

Quinto, Ophir dicta est ab Ophir filio Iectam, ut nepote Heber. Porro frater Ophir dictus est Hevila, amboque incoluerunt Indiae et plaga Orientalis regiones ad Gangem fluvium, quae ipsorum nominibus appellatae, fuere auri et gemmarum fecundissima.

Hinc patet responsio ad argumenta prioris sententiae. Adde, Ophir nomine suo tam ad Peru al-

Indere quam ad Africam, quasi Africa sit Ophirica, sive Africa. Nam in Ophir prima litera est Aleph, quae est in Africa. Unde Septuaginta et Josephus pro « Ophir » vertunt. Sophir vel Sofira, quam nonnulli putant esse Sofalam, que est Africa regio, per quam et mari Rubro venientes navigant in Sumatram exteramque Indianam Orientalem. De auro Peritaria dicunt, II Paral. in. 7. Denique nonnunquam Peru fuit incognitum, immo etiam aurum Pernis ignotum est: Hispani enim nuper illud isti regioni indiderunt a flumine quodam ibidem sit, cuius nonnunquam est Peru, teste Acosta et alii.

Denique cur Salomon rex sapientissimus, relicti opibus Indie Orientalis sibi vicina, hisque praestantissimus, quesivisset eas in India Occidentalib. supplet lib. II Paralip. cap. VIII, vers. 18, more suo, numeraque 450 talenta. Mysticæ, Salomon hac navigatione representavit, immo viam aperuit Hispanis et Lusitanis in Indianam, tum ut aurum, tum potius ut Indorum animas omni auro prestitores Christo, qui verus est Salomon, acquireret.

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Regina Saba visit Salomonem, ejusque sapientiam et magnificentiam admiratur. Mox, vers. 14, recensentur Salomonis anni redditus et opes; ac vers. 48, thronus eburneus, vers. 22, classis in Tharsis, atque vers. 26, equites et equitatus.

1. Sed et regina Saba, auditæ fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in enigmatisbus. 2. Et ingressa Jerusalem multo cum comitatu, et dixitibus, camelis portantibus aromata, et aurum infinitum nimis, et gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, et locuta est ei universa quæ habebat in corde suo. 3. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ preposuerat: non fuit sermo, qui regem posset latere, et non responderet ei. 4. Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, et dominum quam adificaverat, 5. et cibos mense ejus, et habitacula servorum, et ordines ministrantium, vestesque eorum, et pincerias, et holocausta quæ offerebat in domo Domini: non habebat ultra spiritum. 6. Dixitque ad regem: Verus est sermo quem audiui in terra mea, 7. super sermonibus tuis et super sapientia tua: et non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, et vidi oculis meis, et probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit; maior est sapientia et opera tua, quam rumor quenam audiui. 8. Beati viri tui, et beati servi tui, qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam. 9. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, et posuit te super thronum Israel, eo quod dilexerit Dominus Israel in sempiternum, et constituit te regem, ut faceres iudicium et justitiam. 10. Dilexit ergo regi centum viginti talenta auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosas: non sunt allata ultra aromata tam multa, quam ea quæ dedit regina Saba regi Salomon. 11. (Sed et classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyna multa nimis, et gemmas pretiosas. 12. Fecitque rex de lignis thyniis fulera domus Domini, et domus regie, et cytharas lyrasque cantoribus: non sunt allata hujuscemodi ligna thyna neque visa usque in presentem diem). 13. Rex autem Salomon dedit regine Saba omnia quæ voluit et petivit ab eo: exceptis his quæ ultro obtulerat ei munere regio. Quæ reversa est, et abiit in terram suam cum servis suis. 14. Erat autem pondus auri, quod afferbatur Salomon per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: 15. excepto eo quod afferbant viri qui super vectigalia erant, et usq; negotiatores universi scruta vendentes, et omnes reges Arabiae, ducesque terra. 16. Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri scilos dedit in laminas scuti unius.

17. Et trecentas peltas ex auro probato : trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant : posuitque eas rex in domo salutis Libani. 18. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandeum : et vestivit eum auro fulvo nimis. 19. Qui habebat sex gradus : et summitas throni rotunda erat in parte posteriori : et duas manus hinc atque inde tenentes sedile : et duo leones stabant juxta manus singulas. 20. Et duodecim leonculi stantes super sex gradus hinc atque inde : non est factum tale opus in universis regnis. 21. Sed et omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurei : et universa supplex domus salutis Libani de auro purissimo : non erat argentinum, nec alicuius pretii putabatur in diebus Salomonis ; 22. quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, et argentum, et dentes elephantorum, et simias, et pavos. 23. Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terre, divitias et sapientiam. 24. Et universa terra desiderabat vultum Salomonis, ut audieret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde ejus. 25. Et singuli deferabant ei munera, visa argentea et aurea, vestes, et armis bellica, aromata quoque, et equos et mulos, per annos singulos. 26. Congregavitque Salomon currus et equites, et facit sicut ciuiis quadrigentium currus, et duodecim millia equitum : et dispositus eos per civitates munitas, et cum rege in Jerusalem. 27. Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta et lapidum : et cedrorum prebeat multitudinem, quasi sicomoris quae nascuntur in campesribus. 28. Et educebant equi Salomonis de Egypto, et de Coa. Negotiatorum enim regis emanabant de Coa, et statuto pretio perducebant. 29. Egrediebatur autem quadriga ex Egypto sexcentis siccis argenti, et equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethœtorum et Syriæ equos venundabant.

Vers. 1.

1. SED ET REGINA SABA, AUDITA FAMA SALOMONIS IN NOMINE DOMINI (hoc est, audita fama de mira Salomonis sapientia illi a Deo indita, deque ejus stupendis fabris et operibus que faciebat in nomine, » id est opus et virtute Domini : » nam à in nomine Domini, referendum ad famam, non ad ventum, ut patet ex Hebreo) VENIT TENTARE EUM IN ENIGMATICÆ, — ut per enigmata obseura et intricata probareret ejus sapientiam.

Quæres, cujas erat, et ex qua regione venit hac regina?
Nota: Ex S. Hieronymo in Tradit. in Genes., duplex est Saba, una est civitas Arabicæ Felicis, et tum scribitur per litteram schœn., unde ejus inco-
dicti sunt Sabæi (justa illud :

India militi ebur, molles sua thura Sabæi),

Regia
Sala ex
jps?

a Saba filio Regma ejus fundatore, Genes. x., 7. Altera Saba est in Ethiopia, que scribitur per litteram sanæch, vel ei æquivalentem sin, fundata et appellata a Saba filio Chus, Genes. x., 7, ex quo orbi videntur Abyssini, quorum rex est Prætor-Janes. Hæc fuit Ethiopia metropolis, et postea a Cambyses nomine sororis sua vocata est Meroë, teste Josepho, lib. II Antiq. cap. x., et Strabone, lib. XVI et XVII. Utrinque fit mentio, Psal. LXI, 10 : « Reges Arabum et Saba dona adducunt. » Hebreo enim est reges Σαβα, (id est Arabiae) et Σαβα (id est Ethiopia) dona offert.

Jam nonnulli cœment regiam hanc venisse ex Saba, que est in Asia Felice: hæc enim abun-
dat thure et aromatibus; et quia « Saba » hoc scribi-

tur per schœn. II: cœment Cajetanus, Eugubinus, Perrius, Gagarius, Baroni, Suarez et alii quo-
citat et sequitur Pineda, lib. V De Rebus Salomonis,
cap. XIV, num. 3 of 6.

Alli vero passus censem regiam hanc venisse ex Saba, que est in Ethiopia.

Probat primo, quia regia hæc venit ex fini-
bus terre, ut ait Christus Math. xi, 42. Ergo non
venit ex Arabia; hæc enim vicina est Judeæ; sed ex Ethiopia que longissime ab ea distat. Secundo,

quia Ethiopia pre Arabia auro abundat, aliudque nihil sere quoniam aurum mercatum exponit, at Genebrardus in Psalm. LXI. Eadem thurifera et aromaticæ est. Tertio, quod in Ethiopia feminæ domini solearunt, unde ejus regina communis no-
mine vocabantur Candaces, ut patet Act. cap. viii, et ex Plinio, lib. VI, cap. XXIX. Quarto, quod illa regia

sit apud Ethiopias, sive Abyssinas, continua et constans traditio de qua mox plura. Rursum quod regina hec a Christo vocetur « regina Austræ ». Ethiopia autem Judeæ est ad Austrum, cum Arbaia potius sit ei ad Orientem. Ad hæc, cum vocatur « regina Austræ », videatur latissime per totam quasi Meridionalium plagam regnasse, qualis est vasta Ethiopia, non parva Arabia. Quinto, quia ab hac regina Ethiopes acceperunt circumcisio-
nem a Salomone, ac cognitionem S. Scripturae cul-
tumque veri Dei Israëlis; unde Euæchus Candacis regina Ethiopia in curva veniens Hierosolymam Deum adoratur, legebæ Isaacum propheta-
tam, quando ad eum accessit Philippius, eumque in fide Christi instruxit, Act. viii. Hic enim pri-

mus e Gentibus factus est Christianus, et Christi fidem in Ethiopia propagavit. Unde de eo cœnit Psalter: « Ethiopia prævenient manus ejus Deo, » Psal. LXVI, 32. Atque hujus rei typus fuit hec regina: sicut enim ipsa prima ex longinquâ regione venit ad Salomonem ut ejus sapientiam audiret: sic et Ethiopia prima venit ad Christi fidem et cultum. Ita censem hoc loco Josephus, Rabanus, Abulensis, Hugo, Dionysius, Item Mal-
donatus, Tolstus, Jansenius, Baradius, Franciscus Lucas in Math. XII, S. Hieronymus in Isaæ XLII, Origenes, hom. 2 in Cantico, S. Augustinus, serm. 432 De Tempore, ait, « venisse a partibus Ethiopiae, Nazianzenus, orat. 40, appellans « Ethiopiae reginam, » Nyssenus, hom. 7 in Cantico, vocans et Ethiopiae, dicentes eam transmis-
magnum quod intercedebat spatum, ut ad Salomonem accederet (1).

Dices: Saba hic scribir per schœn.; ergo nota-
eam quia est in Arabia. Respondeo: Rabbinos
malè hie possuntes punctum in dextro coru, ita-
que fecisse schœn., cum ponendum esset in sinistro, legendumque sin.

Porro regina hec a Josepho vocatur Nicæa, a Rabbinis in libro Juchasin, Nicæa, a Dimiano Goæ in legatione Ethiopia, Maqueda. Addit Josephus ab hac regina fuisse in Judeam primum alatum oprobarsi radiocem, quod tamen verisimile hand videri alibi dicetur. Addit Glycas eam fuisse Sibylam, et de signis ostendit puerorum et puluarum faciebus enigma proposita.

Fabulanter nonnulli reginam hanc predixisse in Cedrone suspendendum (Christum) qui Salomon foret sapientior. Vide Gretserum, lib. I De Cœre, cap. IV.

Causa adventus ejus fuit, ut audiret discrequeretur sapientiam Salomonis, ut ait Christus Math. XII, 42. Hinc sapientia S. Bernardus scribens ad Hierosolymam reginam, epist. 189, ipsi regina hanc imitandam proponit: « Regina Austræ, ait, veni audire sapientiam Salomonis, ut regi discreteret et sic regeret: aliquo bene non regis, si bene non regeris. » Unde Casiodes, lib. X, epist. ultim. Amalæsentham (id est colli filium) Gothorum reginam, sapientia et pietate insignem comparat cum regina Saba.

Allegorice, sicut regina Saba ex Ethiopia venit ad Salomonem, ut ab eo discreteret sapientiam: sic Ecclesia a Gentibus venit ad Christum, ut hauriret scientiam salutis. Ita Eucherius, Angelomus, Beda et S. Bernardus, serm. 22 in Cantico, S. Ambrosius, lib. II Offic. cap. x, S. Gregorius in Psal. VII ponit, vers. 7, Prosper, lib. II De Prodig. cap. XXV. Idem satis insinuat Christus dicens, Matthei XII: « Regina Austræ venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis; et eccl. plus quam Salo-

(1) Annales Abyssini permittit continent de itinere reginae Saba, et assertum, eam praæ admiratione sapientiae et operum Salomonis ab idolis conversam esse ad verum Deum. (Bruce, tom. II, pag. 370.)

mon hic. » Vide præ cœteris Eucherium, lib. III in libros Regum, ante finem. Imo Hebrew in Beres-
cit rabba, id est in Genesi magna, ad illud cap.
XXV, vers. 6: « Emisi eos ad Orientalem pla-
gam, » censem reginam hanc venisse ad Salomo-
nem, eo quod ex fama tanta sapientie et virtutum ejusdem, suspicetur ipsum esse Messiam
sive Christum, idque significare » in nomine Dei
venit, etc. Ita refert Galatinus, lib. VIII, cap. III.

3. NON HABEBAT ULTRA SPERITUM — q. Extra se Vers. 3.
rapta est praæ admiratione et stupore, ait Val-
blus. Allegorice S. Gregorius in Psal. VII ponit, 7,
per reginam hanc accipiens Ecclesiam: « Electo-
rum Ecclesia, inquit, de Gentibus congregata, cognita Christi gratia et Evangelice doctrine inventis
magistris, abjecto superbie spiritu, omnique elationis fastu deposito, didicit de sepsa diffi-
dere, et in regis sui misericordia magna spe-

Dices: Saba hic scribir per schœn.; ergo nota-
eam quia est in Arabia. Respondeo: Rabbinos
male hie possuntes punctum in dextro coru, ita-
que fecisse schœn., cum ponendum esset in sinistro, legendumque sin.

8. BEATI VIRI TUI, ET BEATI SERVI TUI, QUI STANT Vers. 8.
CORAM TE SEMPER, ET AUDIENT SAPIENTIAM TUAM. — Il
verius est in Christo Salomonis antitypus, uti docet ipso Luce XI, 31. Analogice, id verissimum erit in celo, ubi « videbimus Deum deorum in Sion, et non habebimus ultra spiritum » praæ admiratio-
ne glorie, « quam oculus non vidit, nee auris
audivit, nee in cor hominis ascendit, » la Angelomus. Et revera, ait Eucherius, id quod parat Deus diligenter se, fide non comprehenditur, spes non attingitur, caritate non capitur, desideria et vota transgrediuntur; acquiri potest, estimari non potest. Videbit homo merita sua insuscipibili retributio[n]um largitate succrescere, habebit de percepione fructum, non habebit de satiety fasti-
dium. »

11. ATTRIT EX OPHIR LIGNA THYINA. — Hebreo Vers. 11.
almugin, vel algum, de quibus dixi Apoc. XVIII,
12. Chaldaeus verit, ligna coriætorum, que sub aquis speciem habent ligni tanquam frutices, sed cum ad aerem educuntur, durescant in lapidem. Vatablus verit, lignum brasiliæ; ali, elemum; Septuaginta verum πορφύρα, id est doluta. Ange-
lomus, Thyina ligna, ait, sunt impetrabilis, et spi-
nosa in similitudinem alba spina. Noster et Septuaginta prius vertunt, il Paral. II, 8. Hic Noster verit
thyina, quia hæc ignota ligna que Hebreo vo-
cantur almugin, similia erant lignis ex thyia, ar-
bore de qua sic scribit Plinius, lib. III, 16: « The-
ophrastus qui primus a Magni Alexandri estate scri-
bit, que circa urbis Rome quadrangente sum
quadragesimum gesta sunt unnum, magnum jam
huius arbori honorem tribuit memoratas referens
ex ea templorum veterum contingentes. » Trans-
versas intelligit tribus, qualia etiam fulera domus
Domini explicantur; ex quo valde proceram fuisse
arboris liquet. Additumque: « quamdamque im-
mortaliatem materiæ in rebus contra vita omnia
incorrupte. Radice nihil crispus, nec alicuius pre-
tiosiora opera. » Ita Plinius ex Theophraste, unde
colligas instrumenta musica ex hac arbore

confecta. Theophrastus autem ipse ait hanc arborrem in Egypto nasci circa Ammonis delibrum, et in Cyrenaica regione, cupresso similius ramis et foliis, et truncu, et fructu, maxime vero sicut cypressum sylvestrem. In Theophrastes, libro V, capite v.

Porro lib. II *Paralip.* n. 8, adduntur a Nostro et Septuaginta, *Tigris arcuata*, id est *juxiperum*; recentiores, *abeigna*: **כְּבָשׂ** *beros enim est abies*: quis Hebrew nomina multis rebus competunt, plures que res significant.

Vers. 12. 12. **FECTIQUE REX DE LIGNIS THYIINS FULCRA DOMUS DOMINI.** — *Per fulera* intellige trabes. Additum lib. II *Paralip.* ix, 11, ex Isidore, *Thyini Salomonem fecisse gradus in domo Domini*.

Vers. 13. 13. **QUE REVERSA EST.** — Postquam omnia Salomonis facta distaque lustrasset, idecum multis mensis, vel annis, ut volunt nonnulli, cum emansit: familiariter et cerebro cum eo agens et colloquens, imo ut multi tradunt, ex eo concipiens filium. Adeo enim indubitatem est apud *Ethiopias*, quod eorum Imperatores originem ducent a Salomone, et regina Saba, ut res sit apud eos sine controversia, de quo omnes eorum libri pleni inveniuntur. Et propterea Imperatores eorum *Israelite* dicuntur, eoque nomine gloriantur. Et ne aliquando regnum ad alios hereditate pervenire possit, in monte Guinei-Amba asservari solent filii Imperatorum, ut deficiente prole masculina, quae Imperatori presenti succedat, inde Imperatorum accipere possint.

Historiam vero reginae Saba, et ea ratione problem suscepit a Salomone, ita narrant antiquissimi libri, qui in ecclesia Agsum asservantur. Narraverat mercator quidam Tamarim nomine, reversus a Hierosolymis, reginæ Saba quam viderat et audierat Salomonis gloriam et sapientiam: illa vero tanto regem visendi studio exarist, ut statim de capessenda via agere coepit, tandemque patriam ac regnum relinques, Hierosolymam profecta est magno suorum procerorum comitatu et pompa vere regia stipata, adeo ut vel in ipsis Hierosolymis admiratione fuisset. Ibi a Salomone magnificissime excepta, et post septem menses educta: jam de vero unius dei cultu, et de his omnibus que scire optaret, cum regressum ad patrem et regnum pararet, a Salomone ad conan lautissimam invitata in ejus patatio pernoctavit, et a Salomone prole concepit, quam postea transactis novem mensibus et quinque diebus in lumem edidit, cum jam regni sui fines ingrediceret.

Filius ex ea natus in libris qui asservantur in ecclesia A., unus plura habet nomina, nimirum *Bathelhe quem*, *Elzachaeum*, *Elneha quem*, *Menithee*, quod ultimum somen frequentius auditor vulgo inter *Ethiopias*. Et idem valet in lingua antiqua atque, *assimilatur illi*: reliqua nomina idem valent ac, *filius sapientia*. Is grandior factus matrem de patre suo sepius interrogavit, tandemque annum 22 agens re cognita, ab ea precibus impe-

*Præf. illius
Salomonis*

travit ad Salomonem eundi facultatem, ducentesque a mereatore illo Tamarim, cum magno comitatu et apparatu Hierosolymam pervenit, ubique a patre exceptus, cognitus est esse ejus filius.

Cum ad matrem redire vellet, iussit eum Salomon in regem *Ethiopias* solitis insignibus rite inaugurar, ut proinde introductus in templum per Sados et Iosas sacerdotes, uncusque est manus propria filii principis Salomonis, vocatasque fuit David nomine avi sui, et acclamante universo populo: *Vivat rex*, ductus est per civitatem multa regia vectus. Post hec discessit ad matrem, cum latum muneris a patre acceptis, secunquam filium sacerdotibus Sadoc, Zachariam nomine, duxit: in domum suam introduxit ea omnia officia, quia in domo Salomonis in usu erant, quorum aliqua in Imperatores adhuc retinet.

Fingunt *Ethiopias* secum aportasse cum Zarcharia predicto ipsam quoque arcam Domini, quam ipsi *Stoneum* vocant; nisi dicas, arcam aliam similem illi *Nosieum* et *Salomonis* fabricatum, eique datum fuisse.

Exceptus a matre in regem electus fuit, et inde mos introducendi credunt in regem filios regis, cum antea non nisi virgines, quae semper innuptas remanserant, regine creari solerent, quippe post Christum fuit Candaces regina. *Auctor*, cap. viii, vers. 27.

Hæc omnia tradit P. Emmanuel Paz et Societas nostra, qui multis annos in *Ethiopia* vixit, adeoque superius ejus Imperatorum ad orthodoxum fidem convertit, in historia *Ethiopias*, quam diligenter et exacte conscripsit, qui et addit regnum Saba natum in regno Tigris, quod in Abyssia est primarium, eamque vocari reginam Meridie. Hæbi historiam hanc ejus manu scriptam Rome a P. Assistente Lusitanie.

Eadem tradut rerum *Ethiopicarum* historicorum, ut Damianus Goss, Victorius, Franciscus Alvarez, Barrius, Abrahamus Ortelius, ac Genobardus in *Chronol.* anno mundi 3130, et Malouenda *De Antichristo*, lib. V, cap. xiii: esto illa fabulosa: testimoni Thomas Bozzius, lib. XXI *De Sigis Ecclesiæ*, cap. i, et Pinada, lib. V *De Rebus Salomonis*, cap. xiv, num. 46. Fieri potest, ut *Ethiopias* historie huic plura addiderint fabulosa, sed tamen rem ipsam scilicet *Ethiopias* Imperatores oriundos esse a Salomone et regia Saba, tot seculorum traditione continua apud *Ethiopias* receptam certamque, ut mihi Romæ asseruerit Abyssini sacerdos orthodoxi, durum est negare, presertim cum Salomon trecentas libubus concubinas, et septingentas uxores, quibus, si una haec regina saba inseratur vel addatur, quid erit incommodi: potius enim eam uti ceteras uxores ducere, ut per eam, ejusque et suis posteris fidem cultumque unius veri dei apud *Ethiopias* aduceret et firmaret; per filium enim spiritum ad ritu et efficaciter fieri non poterat. Favel, quod Imperatori Abyssino pro stemmate sit *leo stans et manu tenens*

eretiam crucem: *» leo enim fuit stemma Davidis et tribus Iuda, Genes. xlxi, 9; crux est stemma Christi et Christianorum. Denique Preto-Janes, sive Abyssinus imperator, hos sibi usurpat titulos, quos ex præcis *Ethiopum* monumentis recenset Ortelius in *Theatro*, tabula 68, suntque hi:*

*David supremus meorum regnum a Deo unice dilecta, Columna fidei, ortus ex stirpe Iuda,
Filius David, filius Salomonis, filius columnæ Sionis,
Filius ex semine Iacob, filius magnus Marie,
Filius Natura secundum carnem,
Filius sanctorum Petri et Pauli secundum gratiam,
Imperator superioris et majoris *Ethiopias*,
Et amplissimum jurisdictionem et terram;
Re Goæ, Calabæ, Etiæ, Argæ, Baræ,
Bihuppanæ, Adæ, Vangæ, Ganaæ,
Ubi Nil fuit, Amara, Bignamæ, Ambæ, Vagunci,
Tigranamæ, Sabæ, patris regia Sabæ,
Baranagæ, et dominus usque in Naham,
Quæ in *Egyptum* extendit.*

Denique a Salomone per reginam Saba Abyssini accepertur circumscioneum aliasque Judæos ritus, quam etiam una cum Baptismo usurparunt.

Favel tempus: nam venit regina Saba ad Salomonem anno regni ejus 24, ut patet vers. 40; cum Salomon jam in mulieres prouas uxores sibi multiplicaret, ac videlicet reginam hanc tot naturæ doctibus instruendam ad Judaismum conversam, opere illi concubio jungi, ut ex eo problema honoratum, sapientem et fidem conciperet: siue de illa Thalestri Amazonum regina scribit Justins, lib. XII, occurritus Alexandru cum trecentis milibus mulierum, digni quinque dierum inter festissimam gentes itineri confecto, ex rege liberos quiescessisse: post triginta igitur dies utero pleno discessisse.

44. **ERAT AUTEM PONDUS AURI, QUOD AFFEREBATUR SALOMONI** (ex Ophir, Tharsis et aliunde quam ex tributis, hec enim mox exponit) **PER ANNOS SINGULOS SEXCENTORUM SEXAGINTA SEX TALENTORUM AURI,** — que faciunt octo millions aureorum coronatorum Franciorum, exceptis octo coronam Franciorum faciunt 24 millions florendorum Belgiorum; unus enim coronatus Francius valet tres floreros Brabanticos, sive Belgicos: licet enim initio ex Olymp tantum allata sint Salomonii 420 talenta, ut dictum est cap. ix, 28, tamen paulatim crescente cura, et numero fossorum, plura ullata fuere. Imo Vilalpandus, tom. II, lib. V, cap. XLVI, et Pineda, lib. IV, cap. vi, in fine, consent pro immensi sumptibus fabrice templi, palatiorum et urbium Salomonem tripliciter mississe classem, quarum singule tercio quoque anno redirent confessi cursu: singulis tamen annis una rediret, et primam quidem classem quadrageinta et viginti auri tarenta, levissime alteram quadrigenta quinquaginta, tertiam vero crescente hominum industria, et fossorem molitus line, auri cupiditate etiam sexagesima et plura tarenta reportasse, ut hic dicitur, nam 450 talentorum secundie classis

mentio est illi *Paral.* vii, 18, sicut 420 talenta primæ classi assignantur III *Reg.* ix, 28. Favel Anastasius Simaita, lib. X *Hexam.* dicens classem Salomonis singulis annis rediisse ex Tharsis.

45. EXCEPTO SO QUD AFFEREBANT VIRI QUI SUPER Vers. 48.

VITIGALIA ERANT. — Septuaginta, absque tributis subditorum et mercatorum, qui negotiabantur. Hinc patet tributa et vitigalia Salomonis excludi a sexcentis sexaginta sex talentis jam dictis; idecum illa et alia fuisse ex Ophir et Tharsis, etc. Ha Salomon. Porro tributa haec ingenititia erant, adeo ut proper ea populus contra Roboam rebellari, ut audiens cap. XI.

ER NEGOTIATORIS, — quos Salomon misit ad emendum et comparandum aurum, vel qui partem auri a se comparati Salomoni pendebant pro tributo.

ERSCRIBA (ita legendum cum Romanis, non senta, uti legunt Lyranus, Abulensis, Hugo et alii) **VENTILATIONES**, — qui scilicet non tantum res veteres, sed novas minutum per ulnas et libras dividabant, quos Galli *les merciers*, id est mercarios vocant, qui merces quascumque particulatum distrahunt. Hebrei est, *ex negotiatione aromatariorum*, q. d. Salomon ex minimis etiam meribus et insitioribus, quales sunt aromatarii, colligebat tributum. Nam ut aiebat Vespasianus Imperator: «Lucrum ex qualibet re licet sordida bene olet,» quia «dulcior odor lucri.»

ER OMNES REGES ARABE DUCESQUE TERRÆ, — id est a strage terrarum, ut dicitur II *Paral.* ix, 14. Puta principes et praefecti terrarum Judææ vicerunt.

Ex his omnibus patet quanto et quam immensæ fuerint opes Salomonis; Deus enim in sinu eius aurum et argentum undeque congerere videbatur: et ipse sua sapientia mille modos illud congerendi exigitabat. Vide Pinedam, lib. IV *de Salome*, cap. XIX, et Vilalpandus, tom. II, lib. V, cap. XLIV usque ad cap. LV, ubi docet Salomon opes majores fuisse quam fuerint Imperatorum Ascyriorum, Babyloniorum, Mediorum, Græcorum, Romanorum ceterorumque omnium.

Iles munera regis obtulerunt Salomonis ob ejus divinam sapientiam et virtutem, optantes ab eo instrui et dirigi, imo se et sua regna, ait Severus Sulpitius, Salomon regenda offerebant; idque satis innuitur vers. 23.

Salomon hic fuit typus Christi, de quo cœlinit David, *Psalm.* LXII, 9: «Coram illo procedent *Ethiopias*.» Et: «Reges Tharsis et insulae munera offerent; reges Arabum et Saba dona adducunt. Et adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes servient ei.»

46. **FACTI QUSQUE REX SALOMON INCENTA SCUTA,** — Vers. 16.

lib. II *Paralip.* cap. IX, vers. 15, pro sculis ponuntur chaste, sed hinc vocantur scuta acuminata instar hastarum; sic etiam sunt clypei hastarum, id est unbonem et cuspidem habentes, tamque valent ad protegendum corpus, quam ad hostem

transfigendum. Idipsum ostendit Vilalpandus, pagina 327, ex Polybio qui ait, « umbone posse averti vehementiores hostium ictus, » et ex Suetonio, qui in Julio Cesare, cap. LXVII, ut eodem posse « impelli hostem, » immo « sterni, » ut ait Livius, lib. V. Et hoc significat Hebreos 13²² tisna, a radice τισανη, id est acure et esse acutum. Unde Noster tisna, nunc veritatem, nunc hastam, nunc loricam, nunc contum. Sic et Septuaginta. Vide Pinedam, lib. V Salomonis cap. VI, num. 1.

SIXCENTOS AURI SICLOS DEDIT IN LAMINAS STERI UNIUS. — Siclus est semuncia, sexcenti sili ergo sunt sexcentae semunciae, que faciunt libras 23. Quare hec scuta aequa in pelta non tam ad bellandum (qui enim miles cum armis ferret scutum 23 librarum) quam ad magnificentiam et ostentationem fabricata sunt. Unde ea Salomon depositum in domo salutis Libani, ut sequitur.

Vers. 17. 17. TRECENTA PELTAE. — Scutum est clypeus magnum tulum pene tegens hominem; ^{Tharsis} ^{Salomonis} ^{et} ^{Virga} pelta est clypeus brevior, habens formam lunae corniculatae. Unde Virgilius, lib. I Eneid. :

Dicit Amazonum lunatis agmina petitis.

TRECENTE MINI AURI UNAM PELTA VESTIMENTA. — Minus Hebreus continet 60 sicos, id est 30 uncias, puta duas libras cum media; « trecentae minae auri ergo faciunt libras 730.

Venit quia hec pondus in pelta videtur enorme, hinc nonnulli per minam hic intelligent sicutum, cuius mentio facta est vers. preced., nam hoc versu in Hebreo similis prorsus est « ergo : sunt enim ibi dixit quolibet scutum fuisse sexcentorum aureorum, scilicet sielorum (pondus enim sicut apud Hebreos erat usitatissimum), sic hic ait quamlibet pelta fuisse trecentorum aureorum, scilicet sielorum. Sic et Josephus minam pro scielo usurpat, cum ali Josephus a fratribus venditum viginti minas, hoc est sicos argenti. Hinc Septuaginta et Chaldaea pro trecentis sicos, verum tres minas (unde suspicari quis posset nostrum qui sequi Septuaginta vertisse tres, non trecenta); porro mina Romana aquae ac Attica contingebat, sicos 23, hoc est 100 drachmas, puta centum aureos. Aureus enim habet pondus unus drachmae: quare tres minae Atticae pendent valente trecentos aureos. Melius, ut dixi, per trecentos aureos, intelligas sicos, quorum quisque pencebat, et valebat quatuor drachmas, hoc est quatuor aureos.

Vers. 18. 18. FECIT ETIAN BEX SALOMON THRONUM DE EBORO GRANDEM, ET VESTIVIT EUM AURU FULVO NIMIS, — tum ut in eo quasi rex magnifice, velut in solio regali consiceret; tum ut in eo suorum lites causas quasi judex decidere (judicium enim est sedero in solis) ut omnibus eum videre, audire et consulere cupientibus, aures et responsa dare. Allegorice, Salomon hic representavit potestatem judicariam dataam a Deo Christo, qui homo

est, ejusque solium gloriosum, in quo residebit in die iudicii, judicabitque « omnes tribus terrae. » Ita Rupertus, Eucherius et Angelomus, Audi Eucherium : « Thronus eburneus eterni iudicii potestatem auro divinitatis fulgentem, quam Dominicus homo a Patre accepit figuram gestasse non dubium est. Sex gradus hiujus throni, omnem creaturam visibilem et invisibilis, que sex diebus facta est et Christo Domino a Patre subiecta, typice demonstrabant. Quod autem ipse thronus in posteriore sui partis rotundus esse describitur, hoc prout dubius tempus intelligi, quia presens mundus, qui per metas temporum volvit, in sua extremitate a Domino sit iudicandus. At vero duodecim leuenculi per sex gradus binistantes, sanctorum Apostolorum lineabat potestatum, quibus dictum est a Domino : Sedebit super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel, »

Symbolice, thronus hic significant B. Virginem, ex qua versus Salomon, pulta eterna Dei Sapientia, carnem assumpsit, in eaque quasi in throno suo choro puriore, leonibus fortore, et auro per claritatem fulgentiore ad novem menses consedit: unde ipsa ab Ecclesia in Iitanis vocatur et invocatur « thronus Salomonis. » Ita Lyramus. Hie B. Petrus Damiani egregium sermonem de hoc throno Salomonis habuit in Natiuitate. B. Virginis, ubi illam Virginem eleganter accommodat et subject: « Fecit, inquit, thronum, uterum videlicet innumeratae Virginis in quo sedet illa Majestas. Hanc sessionem Fili et probavit et cognovit Pater, ipso dicente : Tu cognovisti sessionem meam. » Et : « Thronus tuus Deus in seculum seculi. » Et : « Thronus iste sicut sol in conspicu tuo. » Et post pauca : « El vox de throno exivit dicens : Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius. » Et ex throno, inquit, hoc est ex Virgine laus Angelorum prostravit et hominum, quia dum hic restituitor, illa resuscitat, utriusque gratiarum debent devotionem. Nostri quidam dicat qui sedet in throno? Ecce nova facio omnia. Felix thronus, in quo sedet dominator dominus, in quo et per quem non solum omnes, sed etiam omnia renovantur. » Et post nonnulla : « Quid grandius Virgine Maria, quia magnitudinem summos divinitatis infra sui ventris clausit arcuum? Attende Seraphim, et in illius superioris naturae supervaria dignitatem, et videbis quidquid majus est, minus Virgine, solumque opificem opus istud supergredi. » Vide plura apud eundem, ubi singula throni hujus applicat B. Virginis.

Vers. 19. 19. ET DUO LEONES STARANT. — Leo enim erat insigne tribus Iuda, Davidis et Salomonis ob robur et regnum, Genes. cap. XLIX, vers. 3. Ita et Christi eorum antitypi, Apoc. cap. v, vers. 5. Vide ibi dicta. Symbolice, leo nota vigilans (leo enim apertis oculis dormit) et fortitudinem, quam debet habere rex et judex, ut vires impiorum repudiat et frangat. Vide Eccl. cap. vii, vers. 6:

« Noli, inquit, querre fieri iudex, nisi valcas virtute irrumperem iniquitates, ne forte extimescas faciem potenter, et ponas scandulum in aequitate tua. » Vide ibi dicta.

21. NOV ERAT ARGENTUM (scilicet in vasis et suppellicite Salomonis, quia hec tota erat ex auro: vel potius, « non erat, » sed locet in aestimatione: Unde explicans subdit) : NEC ALICUIUS PRETII PUTABATUR, — nam aliquo vers. 23, addit ex Tharsis Salomonis allatum fuisse tam argentum, quam aurum.

22. QUIA CLASSIS REGIS PER MARE CUM CLASSE HIRAM SEMEL PER TRES ANNOS IBAT IN THARSIS, DEFENS INDE AURUM ET ARGENTUM, ET DENTES ELEPHANTORUM (ebur) ET SIMIAS ET PAVOS.

Queres, an haec classis Salomonis navigans in Tharsis sit eadem cum classe navigante in Ophir, de qua vers. 41? Putant nonnulli fuisse unam eamdemque: « Ophir enim et Tharsis » vocari immensum mare, vastissimas regiones et valde peregrinas, qualis est India sive Orientalis sive Occidentalis. Ita Josephus Acosta, lib. III De Novo orbe, cap. XIV, et alii. Hi ergo per « Ophir et Tharsis » accipiunt mare Indicum, ejusque empiria ad que navigari classis Salomonis solvens ex Asiongaber sita in mari Rubro, utri ex eadem solvens classis Josaphat navigavit in Tharsis, » id est in Indianam Orientalem, uti discitur II Paralip. cap. xx, 36. Idem insinuat Josephus Hebreus.

Planius alii censem fuisse duas classes: nam illa ibat in Ophir, haec in Tharsis : illa ex Ophir affrebat aurum Ophirimum et ligna thyina, haec ex Tharsis aurum et argentum, ebur, simias et pavos : illa quotannis ibat in Ophir, ut patet vers. 14. Hec semel in triennio ibat in Tharsis, ut hic dicunt : illa solvabat ex Asiongaber sita in sinu Arabico, haec ex Joppe sita ad mare Mediterraneum. Quare per Tharsis accipe hic mare Mediterraneum. Tharsis enim fuit filius Javan, Gen. x, 4, qui primus post diluvium incoluit Ciliciam, cuius metropolis est Tharsus: inde mare vicinum, et tandem reliquum mare Mediterraneum dictum est Tharsis: Cilices enim illo hoc tote fere dominabantur. Sic Jonas cap. ii, vers. 3, « fugit in Tharsis, » id est in mare Mediterraneum. Ita Ribera ibidem, Salianus et alii.

Hec ergo classis solvens ex Tyro, vel ex Joppe, navigabat in Tharsis, id est in vicinum sibi mare Mediterraneum, variaque littora, portus et emporia tum Africa, tum Europa, tum Asia, ut Arabia, Anatolia, Gracie, Dalmatia, Gallie, Italia, Hispanie, Mauritania, Cypris, Creta, Sicilia, Sarдинia, Cycladum, etc., mare huic adiacentia obi- bat, et quidquid alieubi praecularum pretiosumque erat, pro Salomonem coenabat. Quare multis stationibus usa, non nisi tertio anno, ut ait Josephus, domum redibat. Quod si quis velit eam ex mari Mediterraneo ulterius perrexisse in Oceanum, et navigasse in Brasiliam, Peru et Mexico, uti modo faciunt Hispani, non repugnabo, ac-

cilius id concesserim de hac classe, quam de altera navigante in Ophir; hec enim triennium incedebat in itinere reddit, illa vero in Ophir unum annum duntaxat.

Porro nova est opinio Pinedae, lib. IV De Salmore, cap. XIV, ubi multis argumentis probare contendit « Tharsis » esse Tartessum, et Hispaniam Beticam, ubi est sita Hispalis, vulgo Sevilla, quae olim auro abundabat, ut patria sue hoc deus Salomonis classis arroget. Censet ergo ipse unam duntaxat eamdemque fuisse Salomonis classem, que ex Asiongaber sita in sinu Arabico, sive mari Rubro, solvens, primo navigavit in Oceanum, ac per promontorium Bonae Spei omnia Africa littora Gades usque circumvecta, venerit « Tharsis » id est Tartessum et Hispaniam; inde rediens, eadem Africa littora relègens navigaverit in Indianam Orientalem, puta in Taprobana et Sumatram, indeque tertio demum anno in portum Asiongaber, ex quo solverat, redierit.

Venit sic prius debuisset haec classis ex Tharsis redire in Asiongaber, ibique merces suas in Tharsis et Tartesso comparatas exponere, ac deinde in Ophir, id est in Sumatram navigare. Cur enim merces in Tharsis comparatas novas longeque navigationis in Indianam et Sumatram pericolo exposuisset, cum facile eas exponere posset in Asiongaber, que nautis ex Tharsis sive ex Tarcessis tendentibus in Indianam necessario preternaviganda erat? Sane fuisse hec periculosa nimis, ut videtur, temerariae et imprudentiae navigatio, qua tui preiōse merces credebantur navi et mari infido, cum in portum vicinum securi deponi posset.

27. FECITQUE UT TANTA ESSET ABUNDANTIA ARGENTI IN JERUSALEM, QUANTA ET LAPIDUM. — Est hyperbole, q. d. Fecit ut maxima esset abundantia argenti, qualis est lapidum. Nam aliqui lapidum major erat copia quam argenti.

28. NEGOTIATORES ENIM REGIS EMERBANT (equos) DE COA, ET STATUTO PRETIO PERDUCERBANT. — Pro de Coa, Hebrei est מִכְסָה, quod Noster et Septuaginta accipiunt, ut nomen proprium loci paniculante et legunt מִכְסָה μίκρα, vertuntque, de Coa, licet in Saphingiana corruite legatur, de Ecce vel There. Videatur Coa fuisse urbs vel regio occidentalis Egypti in qua erat equorum negotiatio celeberrima, de qua Stephanus Byzantius, Ita Se- rarius.

Chaldeus vero alii punctis legens מִכְסָה μίκρα,

vertit, collectio mercatorum regis emerant collectio-

nem pretio. Chaldeum secuti R. David, R. Salo-

mon, R. Joseph, et R. Levi apud Pagnium varie

exponunt; sed omnium summa haec est, multitudi-

ne mercatorum dato pretio ex Egypto edu-

xisse multitudinem vel hyssi, vel telez, vel equo-

rum, vel aliarum rerum. Sed standum est ver-

sionem S. Hieronymi et Septuaginta. Nonnulli putan-

coa, s. e. Coa, que est sedes proprigie regis

Lusitanie in India Orientali; sed haec longissimo abest ab *Egypto et Ierosolymis*.

Perro dignitatem et magnificetiam regis maxime consistere in sellitum, equitum, curruum numero et pompa, ex Athenaeo, Eliano, Xenophonte et aliis docet Brissonius, lib. I *De Regno Persarum*. Unde et Iuanus Apostola «cum removisset fastum palati, contemptibile reddidit imperium», ait Socrates, lib. III *Hist. cap. i.*, et Cassiodorus, lib. VI *Trivpat. cap. i.*, sed hoc in re, ut et in aliis omnibus, modus servandus est.

29. EGREDIENS AUTEM QUADRIGA EX EGYPTO SEXCENTIS SICLIS ARGENTI, ET EQUIUS CENTUM QUINQUAGINTA.—«Quadriga», id est quatuor equi, qui currunt sive quadrigam trahunt. Quisque enim equus stabat 130 sicks: quatuor ergo equi stabant sexcentis sicks; quocirca ipse currus sive quadriga, alio prelio comparanda erat; ita Abulensis. Sicus argenti est semuncia, sive quatuor drachmae argenti, puta quatuor solidi Romani, sive quatuor regales Hispanici, qui faciunt florinum Brabanticum sive Belgicum. Sexcenti sicks igitur sunt sexcenti florini Brabantici.

AIQUE IN HUNC MODUM CUNCTIS REGES HETHORUM ET SYRIE EQUOS VENUNDABANT.—Recte verit Noster interpres. Nam articulus *lamed* prefixus, licet ordinarie sii nota dativi, tamen subinde est nota ablative, idemque valet quod *a*, *ex*, *de*. Unde sic ex Hebreo varius, et sic de cunctis regibus Hethorum et Syriorum per manus eorum exhibuit, id est vendebat Salomon.

Porro Septuaginta, Chaldeus et Rabbini *tamed* accipientes ut notum dativi, contrarie vertunt:

CAPUT UNDECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Salomon senex, a mulieribus alienigenis illectus, colit earum idola. Quare, vers. 11, Deus minatur ei regni amissionem, ac vers. 14, adversarium ei suscitat Adad Idumaeum, et vers. 23, Rason Syrium; denique vers. 25, Jeroboam Hebrewum, cui Deus per Ahiom scindentem pallium in duodecim partes, quorum decem dedit eidem, promittit regnum decem tribum, ita ut sole duas reliquias, scilicet Iuda et Benjamin, aihareant filio Salomonis, scilicet Roboam.

1. Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas, et Ammonitidas, Idumeas, et Sidonias, et Hethreas, 2. de gentibus super quibus dixit Dominus filius Israel: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras; certissime enim avertent corda vestra ut sequamini deos eorum. His itaque copulatus est Salomon ardenter amore. 3. Fueruntque ei uxores quasi regine septingente, et concubinae trecentae, et aveterunt mulieres cor ejus. 4. Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos: nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus. 5. Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, et Moloch idolum Ammonitarum. 6. Fecitque Salomon quod non placuerat coram

Sic (600 sicks) educebant ex *Egypto* equos cunctis regibus Hethorum et Syrorum; vide Abulensem qui egregie Vulgatam versionem hic propugnat.

Denique tanta regum omnium opulentia, felicitas et gloria a Deo data fuit Salomon ob ejus sapientiam et virtutem, ut omnes Israelite canentes imitarentur ob spem sororium praemonstrorum: id eoque Deo vero servirent, non idolis, viventes Deum verum majora dare soli Salomoni, quam omnia idola suis cultoribus. Israelite enim crassi et rudes non nisi terra capiebant et sapiebant, ut et modo faciunt posteri eorum Iudei.

Secundo, ut reges Syrorum, *Egyptiorum*, Aramum, imo totius mundi imitarentur ad colendum Deum Salomonis, ut similem magnificetiam a Deo adipiscerentur, quemadmodum erat Salomon, ut fecit regina Saba, aliquis regus cor data.

Tertio, ut in Salomone daret specimen et novum idealum felicitatis et gloriae eternae, quam suis electis ab aeterno preparavat in celo.

Quarto, ut ostenderet in Salomone quam vana esset omnis opulentia et gloria huius mundi, utpote que mox cum ipso Salomone instar fumi evanuit, ut dicent: «Sic transit gloria mundi.» Quare veram felicitatem et gloriam sitam esse in bonis celestibus et eternis, ut ea homines ambirent; idque clare ostendit Deus in Salomone, cuius felicitas mera fuit infelicitas, ut jam patet: gloria enim ejus mox facta est ingloria, et fama infamia, ac opulentia paupertas: nam filius ejus Roboam, amissis decem tribibus Israel, unam solam tribum Iuda agere retinuit.

Domino, et non adimplevit ut sequeretur Dominum, sicut David pater ejus. 7. Tunc adfecavit Salomon factum, Chamos idolo Moab, in monte qui est contra Jerusalem, et Moloch idolo filiorum Ammon. 8. Atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis, quae adolebant thura, et immolabant diis suis. 9. Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod aversa esset mens ejus a Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundo, 10. et praeceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, et non custodivit que mandavit ei Dominus. 11. Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuisti hos apud te, et non custodisti pactum meum, et praeceptra mea quae mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo. 12. Verumtamen in diebus tuis non faciam, propter David patrem tuum: de manu filii tui scindam illud, 13. nee totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo, propter David servum meum, et Jerusalim quam elegi. 14. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni, Adad Idumaeum de semine regio, qui erat in Edom. 15. Cum enim esset David in Idumaea, et ascendisset Joab principis militis ad sepelendum eos qui fuerant interficii, et occidisset omne masculinum in Idumaea 16. (sex enim mensibus ibi moratus est Joab et omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumaea), 17. fugit Adad ipse, et viri Idumaei de servis patris ejus cum eo, ut ingrederetur *Egyptum*: erat autem Adad puer parvulus. 18. Cumque surrexisse de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, et introierunt *Egyptum* ad Pharaonem regem *Egypti*, qui dedit ei dominum, et cichos constituit, et terram delegavit. 19. Et inventus Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem, sororem uxoris sua germanam Taphnes reginam. 20. Genuitque ei soror Taphnes Genubath filium, et nutrivit eum Taphnes in domo Pharaonis: eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus. 21. Cumque audisset Adad in *Egypto* formuisse David cum patribus suis, et mortuum esse Joab principem militis, dixit Pharaoni: Dimitte me, ut vadatur in terram meam. 22. Dixitque ei Pharaon: Qua enim re apud me indiges, ut queras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla; sed obsecro te ut dimittas me. 23. Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razou filium Eliada, qui fugarat Adarezer regem Soba dominum suum; 24. et congregavit contra eum viros, et factus est princeps latronum, cum interficeret eos David: abiernique Damascum, et habitaverunt ibi, et constituerunt eum regem in Damasco. 25. Eratque adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis; et hoc est malum Adad, et odium contra Israel, regnavitque in Syria. 26. Jeroboam quoque filius Nabath, Ephraeus, et Sareda, servus Salomonis, cuius mater erat nomine Serva, mulier vilua, levavit manum contra regem. 27. Et hac est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon adificavit Mello, et coegeravit voraginem civitatis David patris sui. 28. Erat autem Jeroboam vir fortis et potens; vidensque Salomon adolescentem bone iudicis et industrium, constituera eum prefectum super tributa universi domus Joseph. 29. Factum est igitur, in tempore illo, ut Jeroboam egredetur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio novo: erant autem duo tantum in agro. 30. Apprehendensque Ahias pallium suum novum, quo cooperitus erat, scidit in duodecim partes. 31. Et ait ad Jeroboam: Tolle tibi decem scissuras; haec enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus. 32. Porro una tribus remanebit ei, propter servum meum David, et Jerusalim civitatem quam elegi ex omnibus tribibus Israel; 33. eo quod dereliquerit me, et adoraverit Astarthen deam Sidoniorum, et Chamos deum Moab, et Moloch deum filiorum Ammon; et non ambulaverit in viis meis, ut faceret justitiam coram me, et praeceptra mea, et iudicia sicut David pater ejus. 34. Nec auferam omne regnum de manu ejus, sed decem ponam eum cauctis diebus vite suo propter David servum meum, quem elegi, qui custodivit mandata mea et praeceptra mea. 35. Auferam autem regnum de manu filii ejus, et dabo tibi decem tribus. 36. Filio autem ejus dabo tribum unam, ut rema-

COMMENTARIA IN LIBRUM III REGUM, CAP. XI.

neat lucerna David servu meo cunctis diebus coram me in Jerusalem civitate, quam elegi ut esset nomen meum ibi. 37. Te autem assumam, et regnabis super omnia que desiderat anima tua, erisque rex super Israel. 38. Si igitur audieris omnia que praecepere tibi, et ambulaveris in viis meis, et feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea, et praecepta mea, sicut fecit David servus meus : ero tecum, et adfiscabo tibi domum fidelem quomodo adfiscavi David domum, et tradam tibi Israel. 39. Et affligam semen David super hoc, verumtamen non cunctis diebus. 40. Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam : qui surrexit et a fugiti in Egyptum ad Sesac regem Egypti, et fuit in Egypto usque ad mortem Salomonis. 41. Reliquum autem verborum Salomonis, et omnia que fecit, et sapientia ejus : ecce universa scripta sunt in Libro verborum dierum Salomonis. 42. Dies autem, quos regnauit Salomon in Jerusalem super omnem Israel, quadragesima anni sunt. 43. Dormivitque Salomon cum patribus suis, et sepultus est in civitate David patris sui, regnauitque Roboam filius ejus pro eo.

**1. REX AUTEM SALOMON ADAMAVIT MULIERES ALIE-
SIGENAS MULTAS.** — Gentiles scilicet et Chanaonaeas, quos suos deos et idola colebant, et ad eadem coleda Salomonem maritum suum induxerunt. Vide hic quam periculoso sit uxores ducere in fideliis, vel hereticis.

**2. DE GENTIIS SUPER QUIDUS DIXIT DOMINUS FILIIS
ISRAEL : NON INGREDIEMINI AD EAS.** — Lex ista ex-
stat *Ezod. xxxiv., 16.*, loquitorum duxatfacit de Chananeis, ut ibidem patet, quales erant Sidonie et Hethae : quare peccavit Salomon contra legem eas ducendo. Alias aliarum gentium feminas in uxores duci licet permittit Hebreis, dummodo ille prius abjuratis idolis, ad Deum verum et religionem Hebreorum converterentur. In hoc quoque peccavit Salomon, quia duxit eas persistentes in sua idolatria ; unde ab eis ad idola conlenda peractus est. Ita Abulensis.

**3. FUERUNTQUE EI UXORES QUASI REGINE SEPTEN-
GENTE ET CONCUBINE TRECENTE.** — id est universim mille. « Regine » vocantur primariae uxores, que regum et principum erant filiae, ideoque regio cultus et nomina utabantur : « concubina » erant secundariae uxores, utpote plebeiae. Licet S. Hieronymus, *epistola 132.*, eas vocet « scortata. »

Miserabilis fuit hic lapsus Salomonis viri sapientissimi et sanctissimi, quo in sex gravia sceleris prolapsus est. *Primum*, ejus seclusus fuit, quod contra legem duxerit alienigenas et idololatras. *Secundum*, quod nimis multas, puta mille. Lex enim *Deut. cap. xvii., vers. 17.*, jubebat regi dicerebatque : « Non habebit uxores plurimas. » *Tertium*, quod eis potestatem fecerit colendi sua idola, immo eis deluba in monte Oliveti adficerat. *Quartum*, quod ipse eadem adorarvit. *Quintum*, quod suo exemplo multis Hebreos ad eadem coleda impulerit. *Sextum*, quod immania tributa populo indexerit, quia ad tot reginas ornandas et magnifice aliendas, immensus opibus erat opus. Et hoc ast grave jugum, de quo capite sequenti, apud Roboam filium queruntur Hebrei, ideoque ab eo

schiisma faciunt. In Salomonem videtur est, quam verum sit illud vetus dictum :

Vestis pulchra, jocus, polos, cibus, otia, somnis,
Enravant mentem luxuriamque facient.

ET AVERTERUNT MULIERES COR EJUS ; — a Deo vero ad idola mentem et voluntatem ejus deflexerunt.

**4. CUMQUE JAM ESSET SENEX, DEPRAVATUM EST COR
EJUS PER MULIERES, UT SEQUERENTUR DEOS ALIENOS.** — Hinc patet Salomonem vere coluisse idola, quare mirum est id ipsum hic negare Robertum Stephanum. Nam id ipsum affirmat S. Ireneus, lib. IV, cap. XLV, Justinus, dial. *Contra Tryphon.*, Tertullianus, lib. V *Contra Marcion.*, S. Basilius, epist. *ad Chelidon.*, S. Augustinus, lib. XIV *De Civit. Dei*, cap. XI. Adoravit ea autem, non quod in eis aliquid inesse divinitatem censeret, sed ut suis coniubinis morem gereret. Audi S. Augustinus, lib. XI *De Genesi ad litteram*, cap. XLII : Ita Salomon vir tanquam sapientia, numquidnam credendum est quod in simulacrum cultu creditur esse aliquid utilitatis ? sed mulierum amor ad hoc malum trahenti resistere non evaluit, factis quod sciabat non esse faciendum, ne suas, quibus deperibat atque diffinebat, mortiferas delicias contraret. » Confirmat idipsum exemplo *Ade*, dum subdit : « Ita et Adam, posteaque cum ligno prohibito seducta mulier manducavit, eique dedit ut simili ederent, noluit eam contrariari, quam exdebat posse sine suo solito contubescere ; si ab ejus alienaretur animo, et omnino illa interire discordia. Non quidem carnis concupiscentia, quam nondum senserat in resistente lege, membrorum legi mentis sue : sed amicale quadam benevolencia, qua plerumque fit, ut offendatur Deus, ne homo exanimie fiat inimicus ; quod eum facere non debuisse, divina sententia justus exitus indicavit. »

**5. SED COLEBAT SALOMON ASTARTER DEAM SIDO-
NIONUM.** — Haec erat Venus de qua dixi *Judic. cap. II.*, vers. 13.

Et MOLOCH, — sive « Melchom », cui filios concre-

COMMENTARIA IN LIBRUM III REGUM. CAP. XI.

mando immolabant, de quo dixi *Levit. xviii., 21.* Unde « Natonominem eidem filium vel filios suos immolasse et concremisse censem Pineda et Saliensis.

7. TUNC EDIFICAVIT SALOMON PANUM CHAMOS. — « Chamos » est *Kayē* ; deus temuletus, puta Bacchus ; unde ab eo dicta est comedessatio. Vide dicta *Rom. xiii., 13*, ad illa : « Non in comedessationibus. »

Causa tantu lapsus fuit nimis Salomonis prosperitas, opulentia, deliciae et libidines. Proxima causa fure uxoris, quas ardenter amabat : hec enim cum demelentari juxta illud : « Vinum et mulieres faciat apostata sapientes. »

Disce hic, quam cavadia sint feminæ : amor enim est insuperabilis, et quidvis licet pretiosissimum et scelerissimum ab amissis extortus : fuge ergo illas, quia nes sapientior es Salomon, nec fortior Samson, nec sanctior Davide ; qui omnes per feminascederunt. Sapienter Eucherius hic : « Admonendi sunt, inquit, quibus hoc seculorum prosperitat, qui nullis adversitatibus hujus mundi feriuntur, qui nullis adulteriis et luxurias custodiunt, nisi postquam Dennis deseruit, et se a Deo desertum esse cognovit. »

El I. Bernardus, lib. II *De Consider. ad Eugenium*, sub finem : « Adverte, ait, quam rarus semper existiterit, qui men vel modice in prosperitate animum relaxaverit a sui custodia et disciplina. Quod hoc incants non fuit ad disciplinam, quod ignis ad ceram, quod solis radius ad nivem vel glaciem ? Sapientis David, sapientis Salomon fuit : sed blanditiam nimis secundum rebus ab ex parte, alter ex toto despiciunt. Magnus qui incidunt in adversa, non excidit vel parum a sapientia. Nec minor cui presens felicitas arrisit, non irritis. Quanquam facilius invenerit qui sapientiam retinuerit contraria sibi fortuna, quam qui propria non perdidereunt. »

11. QUA HABUISTI HOC APU, — quia in animum tuum induxisti a me apostatare et colere idola. Aut, quia in te inventum est scelus apostatae et idolatriae.

SCIDAM REGNUM TUUM (in duo; scilicet in regnum Iuda et Israel, sive decem tribuum) ; **ET DABO
ILLUD SERVO TUO.** — Jeroboam, quem creabo regem Isrealis, cap. XII.

13. TRIBUM UNAM OBO FILIO TUO, — « unam, » scilicet praefer suam, q. d. Præter tribum Iuda, ex qua quia orbi est David, hinc ipsa nepotum ejus propria censem, adjiciam et unam aliam tribum, scilicet Benjamin. Ita Abulensis, vel, ut Cajetanus, tribus Iuda et Benjamin censembarunt una eademque, et vocabantur « regnum Iuda. »

Porro Abulensis, Torniellus et Saliensis censem Deum hec dixisse Salomonem, non per se nec per Angelum, eo quod ei indignus esset Salomon,

sed per Ahiam Silonitem, de quo vers. 29. Pineda tamen, lib. III, cap. II, num. 3, conset Deum hic per tertio apparuisse Salomonem ; hoc enim simpliciter verba significant, cum dicitur vers. II : « Dixit itaque Dominus Salomon. » Denique Salomon nihil Deo respondit, unde videtur in sue scelere perstilisse.

Quares, an Salomon sit damnatus an salvatus ? Problema hoc est primum. Damnatum censem Tertullianus, lib. II *De Prescript. cap. II.*; Cyprinus, epist. 7; S. Augustinus, lib. XVII *De Civit. Dei*, cap. viii et xi; S. Chrysostomus, serm. *De Panificiis*; Beda in lib. III *Reg. cap. vi.*; Rabanus in IV *Reg. cap. XXIII.*; Idorus, *De Vita et morte Prop. exp. xxvii.*; Lyrinus, Abulensis, et alii hic.

Ratio est prima, quia Scriptura commemorans eus lapsum tam gravem, non adiicit ejus punitio, sicut adiicit in lapsu Davidis. Secunda quia ipse sua delubra idolis adficiata non destruxit : nam ex destruxit tandem Josias. Respondet aliquid, ipsum ex obserbante, vel destruxisse usque ad rudera, quae ab impio rededificata, videntur « excelsa Salomonis ; » sed id dicunt, non probant. Tertia, quia ait hoc videtur Deus Salomonem in hac vita cumulasse omnibus bonis, ut ejus merita remuneraret in hac vita, et seclera puniri in futura, iuxta illud Abraham ad divitem epulonem : « Fili, recordare quia recipisti bonum in vita tua, et Lazarus similiter male : nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. » Quarto, quia amor ardens feminarum longa consuetudine laboratas pene est insuperabilis : talis autem fuit Salomonis, qui tot suis anasis perdito amat undique eingebatur, ut etiam poneat vellet, non posset. Una facit, quod ante paucos annos in Italia uni et nostra Societate contigit. Vocabatur ille ut concubinario cuidam in morte adcesset. Adfuit, et totis viribus eum ad punitamentum horum est, ut amorphis illictis valediceret, nunc blandiendo, nunc minando instans Dei iudicium et gehennam. Sed et concubina flos cogobat eum ut poneat, et moriendo anime salutis considerat : omnia frustra surdo cecinerunt. Ille enim dixit, se nec velle nec possit amicam tamquam latitudine abdicare. Quare impotentis miseram exhibavit latitudinem.

Ex adverso cum penituisse et salvatum esse opinantur Rabbinii veteres, et ex eis S. Hieronymus, S. Gregorius Thaumaturgus, Rupertus, Pineda, Saliensis, Barradius, Serarius, Sanchez, Bedio et alii, qui assentur cum post lapsum scripsisse Ecclesiastes, in quo quasi punitores se vanam amorphis et id. vacasse exclamat : « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. » Hoc argumentum foret validum, si constaret Ecclesiastes a Salomonem scriptum post lapsum, non ante, qua dixi proemio in Ecclesiastes : nam dicta scripta ejus recensita sunt initio libri hujus cap. vi et v, ante lapsum : lapsus vero ejus in senio deum hoc cap. xi narratur.

Probant primo, quia Deus, II Reg. vii, promisebat Davidi se Salomonem, si peccaret, corruptum in virga virorum, i. qua scilicet homines castigari solent et emendentur.

Secundo, quia Proverb. cap. XXV, 23, Septuaginta addunt: *Novissima ego quoque egi punitientiam, responde ut eligenter disciplinam.*

Tertio, quia Salomon fuit *Itidia*, id est dilectus Deo, Christi typus et scriptor canonicus toti sacrorum librorum. Pluribus probat Pineda, lib. VIII. *De Rebus Salomon*, cap. I, sect. 6. Neam sententiam aperte Eccli. XLVI, 22, ad illa: «Dedisti mactlam in gloriam tua, » Rome concessionem quidam insignis, publice inter concessionandum asservul, nuper eundam sanctae personae revelatione esse, Salomonem ad hanc usque tempora acries poenas in purgatorio subiisse, at jam is absolutum abiisse in celum. Sed haec revelationes examinanda sunt, ne feminis eas asserventibus facile credendum.

4. SUSCITANT AUTEM DOMINUS ADVERSARIUM SALOMON ADAD IDUMÆUM, — ab Auctro, sicut ab Aquilone hostem ei scilicet Razon, vers. 23. Hec pena a Deo inflata fuit Salomonis auctie viventi; prior, scilicet regni scissio, eidem irrogata est post mortem.

Quoniam Deus suscitit Israeli et fidelibus hostes, exposui *Judic.* III, 8.

Porro Pineda, lib. VII, cap. xviii, num. 7, censet has Dei milias de regni scissione Salomonis intentatas anno regni ejus 32, ut i. quis octo annis maximas molestias et animo et corpore sustineret. Idem tamen in sui Chronopoeia, hanc obiungit enim ad finem anni 37 Salomonis ricerter. Trigesimo octavo vult suscitos Salomonis adversarios, trigesimo nono ipsum respuisse, quadragesimi denique defunctum esse: que videtur plurimum ratione consentanea distributo, ait Salianus.

5. ET ASCENDISSET JOAB AD SEPELIENTIUM EOS QUI FIERANT INTERFECTI. — Probabile est, quod censem Cajetanus, tunc accidisse, ut presul in Davidis reliqui in Idumea a se subacta, post eius obitum censi sint ab Idumeis: itaque Joab ivisse co. ad illos sepeleandos, et ad vindicandam illorum necem: unde omnes Idumæorum masculos occidisse, exceptis forte parvulis, qui excepserunt lege *Deuter.* xx, 14.

21. DIXIT PHARAON: DIMICITE NE UT VADAM IN TERRAM MEAM. — Hec videtur fuisse series historie quam Scriptura hinc paucis convolvit. Adad ex nomine regio Idumeæ puer fugit, vel potius a servis abductus est in Egyptum, cum David vastaret Idumeam. In Egypto gratiam invenit apud Pharaonem, adeo ut Pharaon et sororem conjugis sive dederit uxorem. Hic audiens Davidem vastatorem Idumeæ mortuum, petiti a Pharaone veniam rediendi in suum Idumeæ regnum, quam Pharaon tacitum concessit. Anno ergo Salomonis tertio in Idumeam redit, trigesimus circiter, ut ad Abulensis, agens annum, ubi cum bona venia Sal-

monis, interventu Pharaonis, qui utrumque sibi affinitate conjuxerat, videtur in Idumea regnasse tributariorum eadem lege ac conditione tributi, quam imposuerat David; nihil enim ab eo tempore in Idumea motum aut turbatum inventitur. Hic ultimus Salomonis annis, videns eum effeminatum, infatuatum et contemptibilem factum, tributum ei negavit, ac rebellans se summa quæ Idumeam in libertatem vindicavit. Ita Abuensis, Salianus et alii (1).

22. SUSCITANT QUOCUM DEUS ADVERSARIUM RAZON, — qui, ut sequitur, factus princeps latronum, constitutus se regem Damasci. Justa congnitio fuit haec pena, ut Salomonem Deo rebellantem pariter tam subdit quam subiicit subiecti. Si Deus peccatori suscitat adversarios, quem stimulent, et ad Deum redire cogant.

23. ERATQUE (RAZON) ADVERSARIUS ISRAELI CUNCUS DIESBVS SALOMONI: ET HOC EST MALUM ADAD, ET ODIUM CONTRA ISRAEL, REGNATIVUM IN SYRIA. — Iosephus, Cajetanus et alii sic exponunt, q. d. Adad junxit se cum Razon, ac ejus ope rebellarunt rebellavit Salomon, fecitque se regem Syriae. Sed aberrant: nam Syria, puta Damasci, regem se fecit Razon, ut dictum est vers. precedet. Adad vero ut filius regis Idumeæ, in sua Idumea regnavit. Sensus ergo est, q. d. Razon fuit adversarius Israelis et Salomonis, siue adiutor malorum hostilitatis Adad contra Israe, regnativum in Syria, scilicet ipse Razon, non autem Adad. Unde Chodatus verit, et fuit (Razon) adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis, et cum malo quid fecit (Adad), rebellavit in Israe, et regnavit super Aram, id est Syriam, q. d. Razon cum Hadad rebellavit Salomoni, et afflixit Israelem, fecitque se regem Syriae. Ita Vatabius, Pineda et Salianus, id clare significant Septuaginta Romana, que haec verba transponunt junguntque versus 22, ubi sic legunt: *Et reversus est Ader in terram suam, hoc est malum quod fecit Ader, et agravavit, sive afflictit Israe, et regnavit in terra Edom: Pro 278 Averrois inter leguntur, δέντα Edom: littera enim τι και τι sunt persimiles, ut una sepe pro alia substitutur; sicut hic pro Adad Septuaginta legit Ader.* Concludit ergo Scriptura jungendo duos Salomonis hostes, Adad scilicet et Razon, ac terium maximumque addendo vers. sequenti, ministrum Jeroboam. Denique utraque sententia conciliari potest, dicendo Adad primo regnasse in Idumea, deinde ex ea, utpote montosa ac sterili migrasse in Syriam, utpote divitem et fertilem, ac mortuo Razon rebellionis socio successisse ei in regno Syriae. Num ejus filius Benadach fuit rex Syriae, ut patet III Reg. xx, 1, immo ab Adad ceteri reges Syriae post eum diuti sunt Benadach, id est filii et successores Adad, ideoque infestis Israe, Ita S. Hieronymus in cap. I.

(1) Sed res illi pro voto cessisse non videtur, cum Idumei subdit regulus Iuda dum etiam post Salomonem usque ad regnum Ioram manuerint.

Ames, Rabbini et Vatabius, lib. IV Reg. cap. vi, vers. 28.

26. JEROBOM QUOCUM FILIUS NABATH, EPHRATHEUS. — hic tertius fuit hostis Salomonis. Hebrei apud .. Hieronymum in *Tredit.* censem a Nabath» esse Semæ, qui maledixit Davidi, ideoque occisus est a Salomon, quare ejus filium Jeroboam grave, et quasi ex patre ingenitum in Davidem et Salomonem odium concepisse, ideoque ei rebellasse. Verum erant: nam Semæ era ex tribu Benjamin, Jeroboam vero era ex tribu Ephraim, *οὐαὶ* tribus fuit arrogans, *εὐαὶ* Iudeæ, et aida imperii. Unde in Jeroboamo illud occipavit, temulque pene toto tempore regum Israel. Pluribus exemplis Ephraimitarum arrogantiam et turbulentum ingenium ostendit Salianus anno mundi 3037, num. 22.

MULIER VIDUA. — Ita Hebreus, Chaldeus, Septuaginta hic; sed cap. seq. Septuaginta Romana habent, *μαρτυρίαν, σύνε μετερίαν*; et sic legit Læsifer Celerianus, lib. De Regibus Apostolicis. LEVAVIT MANUM CONTRA REGEN, — postquam ab Aha propheta decem plumbi scissuras, et per eas regnum decem tribuum promissionem a Deo acceptip, ut sequitur; tone enim videtur sollicitasse decem tribus per revolutionem hujus propheticæ, ut a Salomon tam duro tributorum exactore ad se quasi mitiore futurum defuerint: forte etiam aperte rebellavit Salomon, et regnum invastit, ut hec verba insinuant. Ita Josephus, Pineda et Salianus; sicut etiam anti Ahab prophetam Jeroboam rebellaverunt contra Abulensis et Torniellus.

Quia in re peccavit: Deus enim hic ei tantum per Aham promisit regnum decem tribuum, non unum illud re ipsi nunc dedit, sed demum post mortem Salomonis sub Roboam. Quare iniuste et injuste Jeroboam contra Salomonem regnum suum insurrexit. Ita Abulensis. Sicut omnium Samuel secreto unitx Davidum in regem, non eo ipso dedit ei ius ad regnum, sed ut regnaret post mortem Saulis: unde David, vivente Sauli, nihil circa regnum attentavit.

Denique opinatur Salianus Jeroboam pariter nisi contra Salomonem attentasse, sed tantum dici levasse manum, contra regem, » eo quod ab Aha designatus sit rex contra Salomonem, et designationem hanc Aha accepit. Vulgi enim sermone qui regnum alienus, licet sibi oblatum, acceptat, dicit regi rebellare; Scrutari vero ait eum «levasse manum» contra Salomonem, quia eam levavit contra Roboam Salomonis filium. Verum eum aliquix mox contra Salomonem militum esse, hæc phrasis propriæ significat Scriptura, idque confirmat subdens: «Et hec est causa rebellionis adversus eum. » Rebellarunt ergo ipse Salomonis. Unde Josephus, lib. VIII, cap. n: «His, at, Prophetæ verbi crectus ad spes magnas Jeroboamus, cum esset aliquip inquieto et ambitioso ingenio, quamprimum in suam provinciam pervenit, non immoror presagii prophetici, sollicitus

symbolicæ, haec decem sessura significabant regnum decem tribum in decem familiis sibi invicem succedentes, fore scindendum, ac decies dividendum, ait Rupertus. Hic enim fuit ordo et successio regum Israel sive decem tribum. Primum scissorum decem tribum a diabolo fecit Jeroboam. *«Hujus filium,* ait Rupertus, lib. V, cap. iv, nomine Nadab perennit Basa. Hac secunda Israel scissura regni est. Ejusdem Basa filium Hela occidit Zambri, regnavitque pro eo. Tercia scissura regni est. Ejusdem Basa filium Ahab occidit Omri, et post eum fratrem eius Joram. Sed istum occidit Jehu, regnavitque pro eo usque ad quartam generationem. Quintum ab illo percussit Selli, regnavitque pro eo. Sed et istum percussit Manahem, regnavitque pro eo. Filium quoque hujus Phæciam percussit Phæce filius Romelie, regnavitque pro eo, sed et contra istum conjuravit Ozee, percussisque eum et interfecit, regnavitque pro eo. Contra istum ascendit rex Assyriorum et transiit Israel in Assyrios. Haec decima fuit scissura. Nam in Jeroboam prima, in Basa secunda, in Zambri tercia, in Amri quarta, in Jehu quinta, in Selli sexta, in Manahem septima, in Phæce filio Romelie octava, in Ozee nona, in rege Assyriorum, qui divisos a Deo et David rege suo, divisi etiam decima.

Tropologicæ, Jeroboam primus schismatis natus hereticos, qui Ecclesiam suam heresi discidunt: ac presettim principes, qui ut regnum sui regis orthodoxi invadant, heresim inducent ac hereticos in auxilium vocant, ut fecit Jeroboam (idem factum vidimus in Belgio) qui idcirco regnum perdidit, ut Deus hic ei predicando committat. Hinc apposite, ait Angelorus, «Jeroboam Hebreus interpretatur dijudicans populum. Nam et heretici dijudicare populum videntur, cum erroris sui sequacem faciunt. » Tunc enim fit illud: «Tolle tibi decem scissuras. » Si et Rupertus, lib. V, cap. v, Eucherius, Beda et alii.

32. PORRO UNA TRIBUS (Iuda cum Benjamin sibi associata) REMANEBIT EI, — scilicet Salomon, puta Roboam Salomonis filio et successor.

36. UT REMANET LUCERNÆ DAVID SERVO MEO. — *Lucernæ* vocatur Davidis regis posteritas, non qualisunque, sed regalis, splendida et gloria. Sicut enim lux solis se propagans, novam in aera spargit lucem, et sicut candela vel lucerna una accendit aliam, et hoc aliam et aliam; sic pariter David rex genuit Salomonem regem, et Salomon

genit Roboam regem, et ita de ceteris ejus posteris. « Luccera » ergo appellatur hic successio regia posteriorum Davidis, que erat quasi lucerne et quasi residuum quoddam lucis, id est splendoris et gloriae Davidis resplendens in Jerusalmo. Ita Cajetanus.

38. **EDIFICATO TIBI DOMUM FIDELEM**, — id est familiam regalem, continuam et stabilem, ut scilicet posteri tui in regno decem tribuum continua serie succedant. Mirum est, quod Jeroboam et Principes ei similes non credant hisce Dei, qui prima est veritas, verbis et promissis; sed contrarie modis per impietatem, fraudes et sceleras contentur sibi parare regni regisque sobolis stabilitatem; qui fit, ut Deum contra se concient, itaque ab eo funditus evanescat, ut contigit Jeroboam, omnibus regibus Israel ejus successoribus.

39. **ET AFLIGAM SEMEN DAVID SUPER HOC**, — id est propter hoc, scilicet propter te, si mihi fueris filius, q. d. Si mihi fideliter servieris, te exaltabo, et posterius Davidis annulos tuos humiliabo et deprimam.

VERGUNTEN NON CUNCTIS DIESBUS. — Rabbini in *Seder-Olam*, cap. xv, hoc referunt ad regnum Asa regis Iuda, qui valde regnum Iuda exxit. Saliam et alii referunt ad Ezechiam; nam ejus anno sexto decem tribus absentea sunt in Assyriam, tuncque desit regnum, et reges decem tribuum remuli regnum Iuda. Mysticè, hoc maxime impium est a Messia, puta a Christo, qui quasi Davidis filius rursus regnabit super totum Israel, universumque orbem, ab eoque cultur at Deus, Jesus et Rex regn. Ita Cajetanus, Abuleensis, Saracri et alii. Unde a Christo in celum ascensio quererent discipuli: « Domine, si in tempore hoc restitus regnum, Israel? » *Acto*. 4.

Porro Deus tam serio Jeroboam inculcat veram sui religionem et cultum, quia praevidebat eum schisma facturam a Deo et templo propter regnum, cum tamen Deus vellet per eum schisma a Salomon in Dei cultu factum resarciri. At cur Deus id praeconiens nihilominus eum regem constituit? Respondeo, ut puniret populum, eique impi similem, scilicet impium daret regem, eaque ac jam ante eidem dederat impium Saulen, ait Rupertus, et ex eo Saliam. Populus enim jam magna ex parte erat corruptus, tam regis imitationes, quam propria malitia, ad quam eum pellit omnia, delicia, et rerum omnium abundantia. Volens ergo Deus castigare populum impium, dedit regem Jeroboam, qui populi cupidinibus et desideriis ad idola colenda obsequeretur, itaque tot calamitatum, et tandem extremi excidi eidem fieret causa, juxta illud *Job* xxvii, 30: « Qui regnare facit hypocritam (id est impium) propter peccata populi. »

40. **VOLVIT ERGO SALOMON** (re intellectu, quod scilicet Ahiam Jeroboamo defulisset regnum decem tribuum) **INTERFICERE JEROBOAM**, — quasi regni sui cernulum et invasorem. Addit Chaldaeus,

Cant. cap. viii, vers. 12, eum quoque valuisse occidere Ahiam, eo quod ipse regnum defulisset, ideoque Ahiam pariter fugisse in Egyptum: sed de Ahia nil habet hic *Scriptura*; est tamen id probabile. Nam delicati sunt reges, et quoslibet etiam sanctos, qui alias reges inducere satagent, persequebuntur, ut perduellionis reos; qui enim tangit regnum, tangit pupillam eorum. Verum haec magna, sit Dionysius, fuit Salomonis exactatio, ambitio et impatientia, quasi vellet et posset impedire propositum Dei de regni divisione.

41. **IN LIBERO VERBORUM** (id est factorum vel gestorum) **SALOMONIS**, — puta in *Diaris*, *Chronicis* et *Annaliibus Salomonis*.

43. **DORMIVITQUE** (sonno mortis) **SALOMON CUM PATRIIS SUIS**, — anno etatis 60, aut Lyranus, Abulensis, etc. Narrant Zonaras et Cedrenus, ejus sepulcrum sub Hadriano Imperatore dissoluisse ac concidisse, eamque rem motus et tumultus Iudeas portendisse. Sie et Dio in *Hadriano*, lib. LXIX, de Iudeorum deserptione fractans, ob quam omnes fore ab eo interempti sunt, et tota Judea desolata: « Id eis, inquit, antegquam bellum gereretur, fuerat denuntiatus ex eo quod monumentum Salomonis, quem illi summa reverentia colunt, sponte divisum corruerat. »

Figuram et formam Salomonis ex *Cant.* v, 10: *Fonna*
« Dilectus meus candidus et rubicundus, » etc. *Salomonis*
Ita colligit Pineda, lib. VI, cap. iv, et ex eo Saliam. Salomon fuit colore candido et rubicundo, natura calida et humida, sed paucis calidore, casaria densa; capillis aurescentibus, et modice crispatibus, sicut elatae palmarum; oculi justa magnitudinis, implentes orbem suum, splendentes ac cassi, leni placidoque intuitu; geni efflorescentes aliquæ hilares, sicut lilia mixta roseis: labia ejus tenuia et molia, ut rubentia Syria lilia; os ipsum afflans suavis odoris halitum; manus delicate, molles, articulatae, quasi torno politæ; digiti longiores, deductiora brachia; pectus et thorax candida, velut pixis eburnea, moderate magnitudinis et forme; crura illius quasi columnæ marmoreæ, vel Parie condidissimæ; pedes sicut bases aureæ elaboratissimæ, mediocri magnitudine; incessus firmus et constans; statuta proceræ et erectæ; vox suavissima: dignus qui speciosum forma praæ filiis hominum representaret. Sed pleraque horum supervenientes amittitæ Salomonis ademerunt: ac presertim effusa libido atque morbi, morores et angores ob idolatriam illi a Deo in senio immisæ: unde *Ecclesiasticus*, cap. XLVII, ejus elegia hac flebilis catastrophæ threnaque concludit: « Et inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua, proferas semeni tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, et incitari stultitiam tuam, ut faceres imperium bipartitum. » Vide ibi dicta.

Sub annum regni Salomonis vigesimum natus *Sub* 8.

Homo est Homerus, poeta Graecorum sapientissimus, quem passum imitatus est Latino versus consecutatus est Virgilius, Latinorum poetarum princeps. Quare de Homeri natili loco certant septem Graeciae urbes, nimurum « Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chios, Argus, Athene: » Imo Ietas, id est insula insula lo, Homero aram exactasse, eique quasi deo sacrificare, testatur Gellius, lib. III, cap. xi. Homero coevis et suppar fuit Hesiodus, illa decuit ut sub Salomonis Hebreorum, immo mortalium omnium, sapientissimo, sapientia apud Graecos nasceretur, indeque ad Latinos transferretur. Ita ex S. Cyrillo, lib. VII *Contra Iustinian.* et alii Salinus anno Salomonis vigesimo, qui fuit ab excidio Troje annis 468, ante Romanum conditum 460, tunc quoque regnabat in Latio sextus rex Syrius, *Aenea* *Sylvii* filius, a Dido condidit Carthaginem, ait Eusebius in *Chronico*. Denique Josephus, lib. VIII, cap. m, hoc Salomon epithalamum ponit: « Mortuus Salomon regum omnium felicissimus, opulentissimus et prudentissimus, excepto peccato, ad quod a mulieribus jam senescens pertractus est. » Iam ante proclamarat, totique mundo concionatus era Salomon: « Vanitas vanitatum et omnia vanitas, »

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Populus a Roboam poscit tributorum gravium Salomonis relaxationem: ille negat et duriora minatur; quare decem tribus, eo relictio, regem sibi creant Jeroboam: parat contra eas bellum Roboam, vers. 21; sed revocat eum Deus per Semeiam prophetam. Moz, vers. 27, Jeroboam mutuus ne populus, veniens ad templum, rediret poriter ad Roboam, vitulos aurores quasi idola erigit in Dan et Bethel.

1. Venit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituentem eum regem. 2. At vero Jeroboam filius Nabat, cum adhuc esset in Egypto profugus a facie regis Salomonis, auditæ morte ejus, reversus est de Egypto. 3. Miseruntque et vocaverunt eum: venit ergo Jeroboam, et omnis multitudo Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes: 4. Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis; tu itaque nunc imminue paululum de imperio patri tui durissimo, et de jugo gravissimo quod imposuit nobis, et servies tibi. 5. Qui ait eis: Ita usque ad tertium diem, et revertimini ad me. Cumque abiisset populus, 6. init consilium rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre ejus, cum adhuc viveret, et ait: Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic? 7. Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus. 8. Qui dereliquerit consilium sensum, quod dederat ei, et adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, et assistebant illi. 9. Dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Levius fac jugum quod imposuit pater tuus super nos? 10. Et dixerunt ei juvenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loqueris populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes: Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu releva nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digestus meus grossus est dorso patris mei. 11. Et nunc natus posuit super vos jugum